This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/





[illegible]
R [illegible]
1653

[illegible]

# VIRGILII EVANGELISANTIS CHRISTIADOS LIBRI XIII.

*Inſtante Alexandro Roſæo.*




Roterdami,
*Sumptibus Arnoldi Leers.*
1653.

# VIRGILII EVANGELISANTIS CHRISTIADOS LIBRI XIII.

In quibus omnia quæ de Domino noſtro JESU CHRISTO in utroque *Teſtamento*, vel dicta, vel prædicta ſunt, altiſona Divina *Maronis* tubâ ſuaviſſimè decantantur.

*Inſtante*

ALEXANDRO ROSÆO.

*Arma virumque* Maro *cecinit, nos acta* Deumque;
*Cedant arma* Viri, *dum loquor acta* Dei.




ROTERODAMI.

*Ex Officinâ* ARNOLDI LEERS. 165

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

…INKLYKE…

## Ad Illuſtriſſimum Puerum CAROLUM Magnæ Britanniæ Principem.

CAROLE, *ſpes Patriæ, Patris juſtiſſima cura*
*Et generate Diis, & geniture Deos.*
*Cui dextram* HENRICI *Magni, & caput opto* JACOBI,
*Et pectus patrium religione ſacrum.*
*Vultus avum præfert, præfer quoque moribus illum;*
*Vtque refers patrem nomine, mente refer.*
*Et facito mox cùm matura adoleverit ætas,*
*Vt firmes* Solymæ *mœnia quaſſa tuæ.*
*Mœnia quæ maleſana cohors, inimica quieti,*
*Tentat ſacrilega præcipitare manu.*
*Et* CHRISTUM *venerare, ſuo qui ſanguine nobis*
*Hanc Patriam peperit, totque trophæa tulit,*
*Hoſtibus ejectis, & de Babylone triumphans;*
*Quæ tibi grandiloquo concinit ore* Maro.
*Hic vatum Princeps te Principe dignus habetur,*
*Caſtalia hic fontes cum pietate bibes.*

...
ſceptro ſubdere Regn...
...ctorum ſequitur veſtigia Patrum,
...ito Patriæ dicitur eſſe Pater.

C. T. V.

ſtudioſiſſimus

Alex. Ro

## *Præfatio omnibus hoc Carmen lecturis utilis.*

HEM tibi, Amice Lector, Opus antelucanum, à me horis hyemalibus matutinis nondum ſtratis egreſſo decantatum; Aurora namque Muſis amica, & reliquum diei annique tempus aliis ſtudiis & negotiis impendere ſoleo. Sub gallicinium Cynthius (cui Gallus ſacer eſt) aurem vellere & admonere ſolet, ut ſub id tempus Dominum meum, cum *Petro*; quem ille voce tantum ter, ego verò vita & moribus ſæpius abnegavi, cantando flerem, & flendo canerem; hanc Provinciam detractare, mihi religio fuit, præſertim Muſarum oſtiis apertis, & non invita Minerva; Eundem honorem exhibere *Chriſto* volenti, quem *Homerus Vlyſſi* & *Achilli*, *Virgilius Æneæ*: ad hoc Opus concinnandum linguam

:iorem, quanto olim ...
s eminentior ; eſt etiam lin
mmunis maxime, & cujus ben
religionis, civilitatis, legum, r
n, diſciplinarum, & artium pa
es ſumus ; dicendi autem ge
gi poëticum ; utpote oratorio
ntius ; hujus enim finis ſola
ilitas, illius verò utilitas volu
conjuncta, & prodeſſe vol
delectare Poëtæ, propterea
e tulit punctum: Deinde, C
uivis eſſe poteſt, Poëta aute
nisi cui à natura ſpecial
...ſum eſt.

tum aut paſſionum vi, niſi Poëtæ partes agat, ut ſæpe Oratores factitare ſolent. Hinc Poëſis à *Platone*, *Ariſtotele*, *Plutarcho*, aliiſque viris ſapientibus tantum laudata: hinc Imperatores, Principes, Philoſophi, Theologi, Poëtices ſtudium non ſolum in ſummo honore habuerunt, ſed ipſi quoque in eodem egregiam operam navarunt; *Alexander* mortuum *Homerum*, vivo *Ariſtoteli* prætulit; pluris apud *Heronem Syracuſanum* fuit Poëta *Pindarus*, quam *Plato* Philoſophus: *Virgilio* carmina ſua in theatro recitanti, univerſus populus Romanus perinde ac Imperatori aſſurrexit; ejuſdem diem natalem quotannis celebravit *Auguſtus*; *Ovidio Getarum* gens barbara, ſplendidum ſepulchrum extruxit; ſoli Poëtæ digni habiti ſunt, qui cum Imperatoribus lauro coronentur; *Plato* Poëtas ἑρμηνέας & ὑπηρέτας Deorum vocat; (in *Jone*;) Philoſophia quæ in formandis moribus verſatur, in Poëtarum ſententiis omnino radices egit;

 (*Sex-*

*poſio) Philoſophia…*
ſunt Poëmata defugienda, ſed
matibus nàviter philoſophandu
*tarc. de audiend. Poët.)* Omnis æ
poëticam longè perfectius fin
, quam per exempla Philoſoph
n : idem quoque ibidem oſten
itatum & legiſlatorum fuiſſe ve
titutum , fabulas adhibere Poë
n, ad hominum mentes ſuaviter
aciterq; movendas. Res ſacra P
eſt. neq; canere prius poteſt, qu
eo * *plenus* : hinc θεόπνευσοι *vates*, P
παρὰ τὸ ποιεῖν, vocantur ; eſt e
… alter Deus : non ſo

ceptis. Longum autem, ut inquit *Seneca*, iter per præcepta, breve & efficax per exempla. Si autem in hoc ἀμύσῳ ſæculo nobiliſſimū. hoc ſtudium pluris haberetur, minus eſſet rixarum, & infrugiferarum diſputationum, quibus Eccleſiæ Chriſtianæ tranquillitas toties turbatur; Quod verò ad phraſin attinet, elegi *Virgilianam*, nihil enim illa purius, caſtius, ornatius; eſt enim *Maro*, non ſolum omnium Poëtarum doctiſſimus, ſed modeſtiſſimus quoque, & vere virgineus, in cujus divino opere non eſt ulla vox obſcœna; in illo ſententiæ, numeri, figuræ, ſimplicitas, candor, ornatus, incomparabilia, ut verbis utar * *Scaligeri.* Quantum ſit in eo eruditionis reconditæ, docti norunt commentatores; in eo, nec *Ethica*, nec *Politica*, nec *Oeconomica*, nec *Aſtronomica*, nec *Geographica*, nec *Theologica* deſiderantur; ex eo gentium mores, terrarum, ac marium ſitus, bellorum ſtratagemata, militare robur, facundiæ vires, deorum ſa-

* *Poët. l. r. 3.*

gilius; ut nec olim Caligul
im eſſe quoſdam adeò ſtu
uto ingenio, ut quibus D
ëtices ſtudium non magi
am Aſinis lyra, aut Suibus
s. Sed hos ne in hominum
ıſu reponendos, cum * A
:o: quidam forte ſtomacha
od prophani Poëtæ verbis d
us religionis noſtræ myſte
ipſerim; quibus reſpondeo
Ambroſii: Cùm in fide nih
aperare poſſunt invenerint,
ſermone reprehendunt; agı
ı ſolum ſententias, ſed etia
ılos Poëtarum ſcripturis i

vis alioqui Poëtarum & Philoſophorum nimis rigidus cenſor, concedit. Tamen, ut ſi quid in aliis utile reperimus, ad noſtrum dogma convertamus; ſi quid verò ſuperfluum de idolis, hæc radamus, his calvitium inducamus, hæc in unguium morem ferro deſecemus; ut Iſraëlitæ juſſi ſunt tractare captivam mulierem. Non propter ſuperſtitionem prophanorum debemus Muſicam fugere, aut literas non diſcere, quia earum repertorem dicunt eſſe *Mercurium*, inquit * *D. Auguſtinus.* Liceat ergo mihi cum Hebræis ſacrum hoc tabernaculum immundorum animalium pellibus conveſtire, & cum primis *Chriſtianis Chriſtum* in idololatrico templo colere, illique ædem profanam conſecrare; quamvis non video, quare tam caſtum & utile *Virgilii* poëma profanum dici debeat; imo illi potius profani ſunt, qui, licet *Chriſtiani*, impudici amoris illecebras carminibus immodeſtis doceant. *Paulus* nihil ſuæ ſanctimoniæ

* *De Prin. Chriſt. lib. c. 18.*

amiſit,

e cognition...
tè ſcribat in 4 *Ecloga*, & in di-
ſu de morte *Cæſaris*, in fine 1 *Geor.*
o tam cœcus eſt, quin hæc de
*ſto* eſſe dicta, perſpiciat, inquit
*Vives.*
Sed cur non boni illi viri, qui
nium mortalium puriſſimi habe-
olunt, & qui niſi quod ipſi fa-
it, nil rectum putant; cur, in-
m, non ſuccenſent Apoſtolis, qui
uis profanarum Gentium *Chriſtia-*
*Religionem*, & *Scripturas* per Or-
n propagarunt? Quod autem no-
na Deorum Gentilium hic uſurpa

ſtare. *Porphyrium* male habuit, quod * *Origenes* omnes Græcorum divitias ad locupletandam *Chriſtianam doctrinam* contulit. *Moyſes* Diſciplinas *Ægyptiorum*, *Daniel* Sapientiam *Chaldæorum*, & *D. Paulus* Poëtas didicerunt, ut his religionem locupletiorem redderent: quanto Auro, Argento, & veſte ſuffarcinatus, exivit de *Ægypto Cyprianus*, *Lactantius*, *Victorinus*, *Optatus*, *Hilarius*, hoc prior *Moyſes* fecerat eruditus omni ſapientia *Ægyptiorum*, inquit * *Auguſtinus*. Præterea illi nobis verborum ſunt Authores, eodem *Auguſtino* teſte. Non mirum *Julianum Chriſtianis* humanarum literarum ſtudiis interdixiſſe, cùm animadvertiſſet * *Ethnicos* propriis ſuis pennis à *Chriſtianis* configi. Ergo mihi liceat *Virgiliani* Carminis ſupellectilem pretioſam (quamvis profanam ex illorum Senatuſconſulto) ad meliorem uſum transferre, & Religionis noſtræ gemmam aureo illo annulo includere. Deinde, nomina hæc Deorum à

* *Euſeb. lib. 6. hiſt. eccl. c. 13.*

* *De doctr. Chriſt. l. 2. c. 40.*

* *Socrat. l. 3. eccleſ. hiſt. c. 10.*

nobis

*is* ab *Adonai*, & *Jacchi* à *Jah*, &
*ini* à *Tubal Cain*, & *Muſai* à *Moy*
*e Jani*, quo *Noachum* intelligo,
, Vino; ergo liceat nobis quo
um eſt vindicare, & à poſſeſſo
illis injuſtis eripere. Tertio
ine *Jovis* non intelligebant Poë
olum aliquod, ſed verum & ſu
ium Deum; ut ex *Virgilianis* Epi
s conſtat; eſt enim illi *Jupiter*
inum rerumque repertor; divûm
r, atque hominum Rex, qui cœ
tempeſtateſque ſerenat; rerum
umma poteſtas; qui fœdera ful-

*Momos*, qui hunc laborem noſtrum tanquam inutilem carpent & damnabunt; ſed non me latet facilius eſſe μωμῆσθαι, quàm μιμῆσθαι, *reprehendere*, quam *apprehendere*; quis mortalium ἄμωμος eſt, & illi ridiculo Deo non obnoxius? ſed tales aut Scioli ſunt, aut Sycophantæ, aut Philautæ, qui vel ex ignorantia, vel malevolentia, vel nimia ſui opinione carpunt ea quæ ipſi vel non intelligunt, vel præſtare nequeunt. Certè à *Juda* Proditoris mente non ſunt alieni, qui me calumniabuntur, quod pretioſum hoc Unguentum, cum *Magdalena*, in Dominum meum effuderim; an mihi non licebit ſertis laureis & floribus illius caput ornare, quod pro me ſpinis perforatum fuit? aut Templum chartaceum, illi fortè gratius Templo marmoreo, extruere, & dedicare, qui pro me ſanctiſſimum corporis ſui Templum diſſolvit? *Chriſtum* canere & laudare, eſt opus beatorum cœlitum; eſt finis creationis & redemptionis

noſtræ,

um, ad ſacram Hiſtoriam, ...
tiſſimis expreſſam verſibus retrahe
e. Faſtidienti ſtomacho ſalubren
ſcripturarum cibum, mihi liceat, ſa
pientis Medici inſtar, ſuavi condi
mento gratiorem reddere. Hic enin
cum pura *Virgiliana* phraſi, veram pie
tatem, & Religionis noſtræ myſteri
à teneris annis imbibent. * *Plato* dc
cet, Legum-latores Poëtis uti, ut ju
venum animi Carminibus deliniti, l
gibus obſequantur, nec futurus e
hic labor Theologis omnino ſterili
præter enim Divinas Meditatione
... & Religionis r

.ili, quàm ex aureo poculo bibere. Nulla autem eſt in hoc Opere (exceptis paucis) linea, in qua non invenies integrum *Virgilianum* Carmen, vel ſaltem dimidium, aut phraſes illius; more autem poëtico fictiones quaſdam, ſed pias, & Religioni conſonas immiſcui, ne verſifex tantum eſſe videar; quod autem Scriptura fictionibus delectetur, teſtantur tot parabolæ & Apologi per ſacram paginam ſparſi; ubi autem ſuſpicabar ſcrupulum aliquem Lectorem malè habiturum, adjeci marginalem notam ſenſus mei interpretem: qui plures deſiderat, conſulat priorem editionem. Vale Lector, & his mecum fruere; tibique exopto tantam in legendo quantam ego in fingendo voluptatem habui.

*A. R.*

Abel.
*s ſacrificium &*
*ors*, lib. 1.
braham.
*i hiſtoria*, lib. 1.
Abſolon.
*pulchritudo, ſe-*
*& mors*, lib. 4.
Achab.
*nors*, lib. 5.
Ægyptus.
*plagæ*, lib. 3.
Angelus.
*Ioſepho apparet*,
*&* l. 8. *magis* l. 8.
*i nativitatis Chri-*
*icii*, l. 8. *poculum*
*ricant*, l. 11. *An-*
*Chriſtum ſolatur*,
*Reſurrectionẽ nun-*
lib. 12. *Miniſte-*

Antiochus.
*Antiochi Hiſtoria*, lib. 6.
Apoſtolus.
*Apoſtolorum vocatio*, l. 8. *à Chriſto docentur*. lib. 9. *Chriſtum putant eſſe ſpiritum*, lib. 10. *Pedes lavantur*, lib. 10. *à Chriſto ſolantur*, ibid. *in horto dormiunt*, lib. 11. *iis apparet Chriſtus*, lib. 12. *remittendi peccata autoritatem habent*, ibid. *piſcantur*, ibid. *Spiritum Sanctum accipiunt*, l. 13. *efficacia in prædicatione*, ibid. *Apoſtolorum varii typi*, ibid. *duodecim nautæ*, ibid.
Arca.

B.

Babel.

B*Abel turris*, lib. 1.

Baptiſta.

*Baptiſtæ exultatio in ventre*, lib. 6. *laudes*, l. 8. *obtruncatio*, lib. 9.

Betheſda.

*Betheſda palus*, lib. 10.

Bethlehem.

*Bethlemitici infantes*, l. 8.

C.

Cælum.

C*Æli deſcriptio poëtica*, lib. 13.

Cain.

*Caini homicidium*, lib. 1.

Caiphas.

*Caiphas orat*, lib. 10. *Chriſtum adjurat*, & *veſtes lacerat*, lib. 11.

Canaan.

*Cananæa deſcriptio*, lib. 3. *Cananitarum bella*, ibid. *Cananææ mulieris importunitas*, lib. 10.

Carolus.

*Caroli Regis pietas & laudes*, l. 7. *potentia*, l. 13.

Chriſtus.

*Chriſti cum Abele collatio*, l. 1. *cum Abramo*. ibid. *cum Noacho*, ibid. *cum Arone*, l. 3. *cum Abſolone*, l. 4. *cum Davide & Ionathan*, ib. *cum Enocho*, l 1. *cum Gedeone*, l. 3. *cum Moyſe*, ib. *cũ Iacobo*, l. 2. *cum ſcala Iacobi*, ib. *cum Iephte*, l. 3. *cũ Ioſepho*, l. 2. *cum Iobo*, ibid. *cum Sampſone*, lib. 4. & l. 12. *cum Salomone*, l. 5. *cum Iudith*, ib. *cum Iuda Machabæo*, l. 6. *Chriſtus ſuper omnes Deos Ethnicos*, ibid. *optimus paſtor*, ib. & l. 7. *Chriſti nativitatem prodigia antecedunt*, l. 6. *Angelus nunciat*, ib. *Chriſti nativitas*, ib. *regnũ*, ib. & l. 7. *laudes*, ibid. & lib. 8. *de Chriſto vaticinia*, lib. 7. *Chriſtus arbor*, ib. *ſtatua Nabuchadnezzar*, ibid. *Chriſti pulchritudo*, ibid. *adventus*, ib. *ſub eo, quanta pax & fœlicitas*, ib. *Chriſti epithalamium*, ib. *circumciſio*, l. 8. *in templo oblatio*, ib. *fuga & reditus*, ib. *Chriſtus in templo diſputat*. ib. *matri reſpondet*, ib. *baptiſatur*, & *tentatur*, ib. *docet Apoſtolos*, l. 9. *aquã in vinum mutat*, ibid. *Mercatores templo ejicit*, ib. *morbos curat*, ib *Chriſti cum Samaritana colloquium*, ib. *præſentiam piſces ſentiunt*, ib. & l. 12. *mortuum*

agdalenā ſanat, &
natum excitat, ib.
ria ſua periclitatur,
ſubducit, ib. in de-
s ſeceſſit, l. 10. in-
m 38 annorum, &
picum ſanat, ib. ſic
m & ſurdum, ib. à
lapidatur, ib. Sacer-
m ſervos captat, ib.
sfiguratur, & dæmo-
è puero ejicit; illi
is argentum ſuppedi-
, ib. Lazarum ſuſcitat,
in deſertū Ephrem ſe-
lit, ib. à Maria ungi-
r, ibid. aſina vectus de
ieroſolyma queritur, ib.
cui maledicit, ib. orat
auditur, l. 10. Agnum
um diſcipulis edit, ibid.
Apoſtolorum pedes lavat,
tum ſolatur, & docet, ib.
... ibid. in
crucem bajulat, & ...
dium Hieroſolymæ pr
dicit., ib. mulieres fl
tes reprehendit, ib. cru
figitur, ib., inter duos
trones, quorum uni dat
radiſum, l. 12. orat
inimicis, & matrem
hanni commendat,
animam patri, ib. e
rat, & latus lancea
foratur, ib. Chriſtus
giſter navis Eccleſia
multis figuris adu
tur, l. 6. & l. 12. I
ſeu humano generi
monſtrat, l. 12. ver
ſaus, ib. deſcendi
feros, ib. Chriſti
ra, & reſurrectio,
pi, ib. potentia i
gnando inferno, ib
dalenæ apparet,
... diſcipulis, 1

*laudatur ab Angelis & Sanctis*, ibid. *aſcenſionis typi*, ibid. *illius ad judicium reditus deſcribitur*, ibidem.

D.

Dagon.

D*Agonis idololatria*, l.4.

David.

*Davidis de Goliah victoria*, l.4. *de aliis hoſtibus*, ib. *voluntas de templo ædificando*, ib. *afflictiones*, ib.

Deluvium.

*Deluvii deſcriptio*, l.1.

Deus.

*Deus Pater poculum Chriſto mittit*, lib. 11. *concilium Angelorum vocat*, *de glorificando Filio*, l.13. *Dei gloria*, ibid.

Diabolus.

*Diaboli ejiciuntur*, l.9. *Diabolus Chriſtum tentat*, l.8. *fugatur*, ibid. *Iobum vexat*, lib. 2. *Diaboli in porcos intrant*, lib. 8.

E.

Eccleſia.

E*Ccleſiæ deſcriptio*, l.3. & lib. 7. *Eccleſia navis*, lib. 12. *Eccleſiæ amplitudo*, ib. *pericula*, lib. 13.

Eli.

*Eli mors*, lib. 4.

Elizabeth.

*Elizabeth Virginem ſalutat*, lib. 6.

Enoch.

*Enochi tranſlatio*, lib. 1.

Ezechias.

*Ezechiæ hiſtoria*, lib. 5.

G.

Gabriel.

G*Abriel nativitatem Chriſti nunciat*, l.6.

Gedeon.

*Gedeonis victoria*, lib. 3.

Gehenna.

*Gehenna quis locus*, lib. 5.

Goliah.

*Goliahæ hiſtoria*, lib. 4.

H.

Hæmorrhoiſſa.

H*Æmorrhoiſſa ſanatur* lib. 9.

Hebræus.

*Hebræorum idololatria & murmurationes*, l. 3. *ſervitutes*, ib. *Iudices*, ib.

Herodes.

*Herodes turbatur*, l. 8. *conſulit Magos*, ib. *occidit pueros*, ib. *Herodis bella*, l. 9. *Herodes alter natalem diem celebrat*, lib. 9. *Baptiſtam obtruncat*, ib.

I.

Jacobus.

J*Acobi Regis laus*, l. 7.

ibid.
Impius.
*m ſupplicia* , l. 13.
*nentur impii*, ib.
Jonathan.
*ni & Davidis a-*
, l. 4. *Ionathani vi-*
*a & mors*, ibid.
Jordanis.
*is deſcribitur*, l. 3.
Joſias.
*ietas & mors*, l. 5.
Joſeph.
*i ſomnia*, l. 2. *vendi-*
, *& incarceratio* , *&*
*ores*, ib. *cum fratribus*
*nciliatio* , ib. *Ioſephi*
*rimathai pietas*, l. 12.
Joſuah.
*e hiſtoria* , lib. 3. *vi-*
*...* ibid.

*dit*, l. 11. *ſe ſuſpendit*, 10.
Judicium.
*Iudicia divina*, l. 1. *Iudicii ultimi deſcriptio*, lib. 13.
Job.
*Iobi hiſtoria*, lib. 2.
Jaddus.
*Iaddus pontifex*, lib. 6.
Judith.
*Iudith hiſtoria*, lib. 5.

L.

Lazarus.
L*azarus ſuſcitatur*, l. 10.
Loth.
*Lothi captivitas & liberatio*, lib. 1.
Latro.
*Latrones crucifiguntur cum Chriſto*, lib. 12
*Latronis boni confeſſio*, ibid.

Magi.
Magi adorant Chriſtũ, l. 8.
Manaſſes.
Manaſſis vita, lib. 5.
Mare.
Maris rubri tranſitus, l. 3.
Mathias. (l. 6.
Mathias vindex libertatis.
Meditatio.
Meditationes de Arca Noæ, l. 1. de Scalâ Jacobi, l. 2. de luctâ Jacobi, ib. de excidio Sodomæ, lib. 1. de Salomone, l. 5. de Jonathan & Davide, l. 4. de Chriſti officio paſtorali, l. 6. de Judæorũ converſione, ib. de Chriſti conceptione, nativitate, circumciſione, & oblatione, l. 8. de Herodis crudelitate, ib. de fuga Chriſti, ib. de Baptiſtæ vitâ ſolitariâ, ibid. de Chriſti paupertate, & Apoſtolorum vocatione, ib. de eorum prædicatione. l. 9. de Chriſti Regno, ib. de tempeſtate, ib. de Magdalenâ, ib. de argento à piſce ſuppeditato, lib. 10. de Chriſti lapidatione, & paſſionibus ejus, ib. deque ejus exilio, ib. de ſterilitate ficus, ib. de Chriſti paſſione in horto, l. 11. de paſſionibus in domo Caiphæ, ib. de Petri abnegatione, ib. de Galli cantu, ib. de Chriſti flagellatione, ibid. de coronâ ſpineâ, & veſte purpureâ, ib. de Virginis Mariæ fletu, l. 11. de Crucis bajulatione, ib. de crucifixione, ib. de nudo capite & manuum extenſione, l. 12. de Solis eclypſi, ib. de Chriſti morte, l. 12. de lateris perforatione, ib. de Chriſti officio nautico, ib. de liquore è corde fluente, l. 12. de Iſmaële, & Eliſha, typis Chriſti, ib. de Chriſti ſepulturâ, de reſurrectione, ib. de Judæorũ malitiâ, l. 12. de Magdalenâ quærente Chriſtũ ib. de corporũ reſurrectio ne, ib. de Thomâ tangen Chriſtũ, ib. de aſcenſio Chriſti, l. 13. de redi ad judicium, ib. de Sp. miſſione, l. 13. de præ catione Apoſtolorũ, ib navis Eccleſ. periculis de Aronis veſtibus, l.
Milites.
Militum mendacium, l
Monſtra.
Monſtra ab Apoſtolis ta quæ, lib. 9.
Moyſes.
Moyſis hiſtor. l. 3. mi ib. victoriæ, ib. n

eptuni *idololatria*, lib. 4.

O.

O*Liveti mons*, lib. 5.

P.

Petrus.

PEtrus Chriſtum *orat*, l. 9. *ſuper mare ambulat*, l. 10. *è piſce argentum extrahit*, l. 10. Malchi *aurem amputat*, l. 11. Chriſtum *negat*, lib. 11. *flet*, ibid. *illi cura ovium committitur*, lib. 13.

Phariſæi.

Phariſæi Chriſto *invident*, lib. 9. lib. 10.

Pharo.

Pharonis *ſomnia*, l. 2. *tyrannis*, l. 3. *ſubmerſio*, ib.

Philiſtim.

Philiſtim *cæduntur*, l. 4.

Pilatus.

Pilatus Chriſtum *exami-*

Regina.

R*Egina* Sabæ *ad* *tus*, lib. 5.

Reſurrectio.

*Reſurrectionis* Chriſti lib. 12.

Roma.

Romæ *veteris idolola* lib. 6.

S.

Sacrilegium.

S*Acrilegium hujus* *li*, lib. 7.

Salomon.

Salomonis *templum*, *opes & magnificen* *congreſſus cum regi* ba, l. 5. *regnum di* lib. 5. *ſucceſſione* *gno* Judæ, ibid.

Samaritana

Samaritanę *colloqui* Chriſto, lib. 9.

[redacted]



Saul.
Sauli *inauguratio*, l. 4. *invidia in* Davidem, ibid. *Magia & mors*, ibid.
Serpens.
*Serpens Diabolus*, lib. 3. *ſerpentes igniti*, lib. 3.
Sethidæ.
*Sethidarum matrimonia*, l. 1.
Sheba.
Shebæ *mors*, lib. 4.
Sichemitæ.
*Sichemitarum hiſtoria*, lib. 2.
Signa.
*Signa prodigioſa* Chriſti *nativitatem comitantia*, l. 6. *& mortem*, lib, 12. *mortem ſequentia*, ibid.
Simeon & Simon.
Simeonis *oratio*, lib. 8. Simon *portat crucem*, l. 11.
Sodom.
*Sodomæ conflagratio*, l. 1. *Sodomæ terræ & lacus deſcriptio*, l. 1. *Sodomitarũ bellũ*, ib. Sol.
*Solis defectus*, lib. 12.
Sp. Sanctus.
*Sp. Sancti efficacia*, lib. 13.
Sumatra.
*Sumatra quis locus*, l. 4.
Sunamitis.
*Sunamitidis infans*, lib. 12.
T.
Tabernaculum.
T*Abernaculi extructio*, lib. 3.
Tempeſtas.
*Tempeſtas ſedata*, lib.
Templum.
*Templi deſcriptio*, l. 4.
*pli velum ſcinditur*,
Transfiguratio.
*Trãsfiguratur* Chriſtus
V.
Vaticinia. (
V*Aticinia de* Ch
Velum templ
*Veli templi deſcriptio*, l
Virgo.
*Virginis beatæ genea*
l 6 *exultatio*, ib. *mo*
l. 8. *fuga*, ib. *Virgo*
*amiſſũ quærit*, l. 8 *i*
*patientẽ luget*, l. 11.
*commẽdatur Iohann*
*natũ defunctum lug*
*pietas circa defunctu*
Uxor.
*Vxoris* Pilati *ſomnium*
X.
Xriſtiani.
X*Riſtiani ad pacẽ in*
*tur*, l. 5. *ad bellũ*
*inferendũ*, ib. & l. 1
*ſacrilegium deteſtab*
*Xriſtianorum bella*
*deteſtata*, l. 8. *Xriſt*
*martyria in poculo ſ*
l. 11. & *victoriæ*, ib
*iterum deteſtata*, lib.
Z.
Zenacherib.
Zenacherib *exercitus*

civitate
*um*, &
*onis* &
initio
n. Va-
u *Sa-*
gnum,
uſtra;
s præ-
tia &
octri-
*ylonii*
orum

# HRISTIADO

## Liber I.

### Argumentum.

animadvertens *Solymæ* fundamenta ab *Abele*
ſtimulat *Cainum* Babylonis fundatorem, ut fra
illius ſacrificium *Deo* acceptum fuit) interim
:iſo, *Deus* alios excitat qui *Solymam* ædificent, n
*Enosh, Kenan, Malaleël, Iared, Henocum*, qui a
ı fuit raptus; *Methuſalem, Noachum*, cujus tem
tigante *Plutone*, *Sethi* poſteri matrimonia contra
iabus *Caini*; ex quibus procreantur Gigantes,
:leribus provocatus *Deus* diluvium immiſit, qu
pecudeſque perierunt, exceptis paucis in Arca ſ
.m autem *Noachus* ex columbâ intellexiſſet ſicc
erram, *Arcâ* egreditur, victimam offert: varia
iis dat, quos agriculturam docet; cum illis *Deu*
igit; ſed ſenex vino captus, à filio *Cham* deriſ
*Pluto*, ut rurſus *Solymæ* ædificationem impediret,
extructionem turris *Babel* hortatur; quos *Deus* i
t, & loquelam confundit; *Abramum* ex Chalda
ıdam *Solymam* evocat; illi *Chriſtus* promittitu
; *Lothum* captivum liberat. Deſcribitur terra, bel
dium *Sodomitarum*: quæ de *Abele, Noacho*, ·
dicuntur, *Chriſto* applicantur.

*Lle ego qui quondam gracili modulatus avena* Æ
*Carmen, &* Ægypto *egreſſus per inhoſpita ſaxa* I
*Perque domos* Arabum *vacuas & inania regna*

*ſuperũ, ſævi memore* 5 *Plutonis ob ...*
*a quoque in monte eſt paſſus dum conderet*
6 *urbem.*
*i ligno incubuit, dixitque noviſſima verba,*
*cram effudit multo cum ſanguine vitam,*
*ue auſus penetrare ſinus nigrantis Averni,*
*tandem patrias victor remeavit ad oras?*
*rtitque* 7 *deos* Latii, *&* *genus omne* Latinũ,
anoſque *patres atque alta mœnia* Romæ.
*Muſa mihi cauſas memora, quo numine læſo.*
*idve dolens rex ipſe Deûm tot volvere caſus*
*ignem pietate* virum, *tot adire labores*

orrentia. & horrenda apud *Virgilium* ſignificant venerar
imenda; ſic horrenda *Sibylla Ae.* 6. horrendum religio
rrenda virgo, *Ae.* 11. *Chriſti* autem opera Diabolo & im
it vere horrenda. 2. profugus fuit ſponte non co
ois, non pro ſe. 3. Alto, phraſi *Hebræa,* lacus en
Mare vocatur. 4. Per *Superos,* Principes, Sa
ribus &c intelligo. 5. Per *Plutonem* intelligo Di

[redacted]



*in tantas cæli* 8 *mens ardet in iras?* 1.12.
*premo divûmque hominumque ſatore* 1.
*gnoſcunt, nullus dolor oſſibus ardet:* 9.
*in* Chriſto *facies ſceleriſve dolive;* 68.
*mis fraus noſtra fuit, nihil Ille nec*
*uſus* 9.
*patrare nefas; nunquam excidit ore* 2.
*aut ulli potuit ſuccumbere culpæ;* 4.
*xam & furias labentis* Adami 1.4.
*infidum nimium dilexit amicum.* 2.9.
*antiqua fuit clari cognominis, illam* 1.8.
Nini *genitor* 10 Nimbrothus, *& alto* 6.1.
*rorum cinxit* Semiramis *uxor* 10.
*pontes & propugnacula junxit* 9.
*non illa colo calathiſve* Minerva 7.
*aſſueta manus, ſed prælia virgo* 7.
*curſuque pedum prævertere ventos.* 7.
*ves opum ſtudiiſque aſperrima belli;* 1.
*fertur terris magis omnibus, unam* 1.
*coluiſſe aliis; hic illius ara,* 1.
*uit, hoc regnum Dis gentibus eſſe* 1.
*a ſinant) jam tum tenditq; fovetq;* 1.
*ſed enim* Judæa *à ſanguine duci* 1.
*ſtygias olim quæ verteret arces:* 1.
*um late regem, verboque potentem* 1.

is ſit mens ſeu anima mundi, non eſt tamen animal
*Laconici* & *Stoici* volebant: eſt enim forma aſſiſtens,
is, quia non eſt pars & ſubſtantia imperfecta.
: *Babylon* eſt, quâ *Satanæ* regnum intelligo. Diabo-
s civitatis, quæ myſticè *Babylon*, &c. *Auguſt. lib.* 2.
*armenium*, 10 *Nimbrothus* idem putatur qui

1.
1. 5.
1.
1.
1.
1. 8.
2. 1.
G.2.A.
1.
3. 8.
1.
11, 1,
2.
1.
1.
G.2.
G.2.
G.2.
G.1.
[redacted]

*Sola* Sophoclæo *miracula digna* [13] *cothurno.* Ec. 8.
*Non ego cuncta meis amplecti verſibus opto,* G. 2.
*Non, mihi ſi lingua centum ſint, oraque centum* G. 2.
*Ferrea vox; ſed ſumma ſequar faſtigia rerum;* 6. 1.
*Et prima expediam repetens ab origine mundi* G. 4.
*Inſidias Satanæ, fraudes atque horrida bella* 2. 6.
*In* Chriſtũ *&* Chriſti *famulos; quos ipſe priuſquã* 3. 1.
*Deſcendit cœlo, terra præmiſit in orbem* 2. 1.
*Optatas fundare arces, & tecta* Sionis, 4.
*Molirique arcem, & manibus ſubvolvere ſaxa:* 7. 1.
*Quos omnes ferro inſequitur vel fraude fatigat* 2. 6.
*Propterea pendent opera interrupta, minæque* 4.
*Murorum ingentes, æquataque machina cœlo.* 4.
*Nec poſſunt cœpta turres aſſurgere, donec* 4.
*Ipſe expectatus* Solymææ *conditor arcis* 6. 8.
*Venit, & invicta fabricavit mœnia dextra:* 6. 9.
*Quæ neque vis humana poteſt, nec janua Ditis* 6. 1. 6.
*Vincere nec duro poterunt convellere ferro.* 4. 4.
*Vix è conſpectu patriæ fœlicis in* [14] *altum* 1.
*Vela dabant mœſti; & ſpumas ſalis ære ruebant* 1.
*Patres primævi, invidiæ fallacis Averni* 7. 2.
*Expulſi patria, & jactati gurgite vaſto* 8. 1.
*Incerti quo fata ferunt, ubi ſiſtere detur;* 3.
*Cùm* Pluto *æternũ ſervans ſub pectore vulnus,* 1.
*Excitat* Æolias *maleſida mente procellas;* 5. 10.
*Disjecitque rates, evertitque æquora ventis.* 1.

13 Cothurnus hic ſumitur non pro Tragœdorum calceo, aut ve natorio; quorum ille procerus erat & ſubere fultus: hic planus & humilis nec pro Tragœdiis, ſed pro ſublimi dicendi genere. 14 Pe Mare mundum intelligo turbidum & amarum, periculis plenum, & monſtris refertum. Mare eſt alternis æſtibus reciprocum, mod allevans nos ſubitis incrementis, modò majoribus damnis deferens aſſidueque jactans, &c. *Seneca conſol. ad Polyb. cap.* 28.

G.:.G.3
4.12.
s. 12.2.
G. 1.
Ec.8.
6.
2.8.
ne 9.
9.3.
;. 2.
is 4.7.
um 7.
7.
no 7.9.
12.
ant 7.1.
6.
eſsl-
1.6.
agro 1.
Im

*Quę*
*Inte*
*Cur*
*Imp*
*Dan*
*Per*
*Arn*
*Sa*
*Tr*
*L*
*E*
*F*
*A*
*C*

[redacted]

*haſit enim ſub pectore vulnus, & uda* 7.
*r, tenuemque incluſit* 15 *ſanguine vitā.* 7.
16 *humo tegere, & foveis abſcondere tantum* G. 3.
*t ſe poſſe nefas, ſed qui omnia novit* 4. G. 4.
*it, quæ fuerint, quæ mox ventura trahuntur* G. 4.
*s aras; trajectaque pectora ferro* 1.
*t, cæcumque domus ſcelus omne retexit.* 1.
*m ſcelerum furiis agitantibus amens,* 4.
*notus, egens, terra Deſerta peragrat:* 1.
*ndam torto volitans ſub verbere turbo* 7.
*ueri magno in gyro vacua atria circum* 7.
*udo exercent: ille actus habena* 7.
*s fertur ſpatiis: ſtupet inſcia turba,* 7.
*que manu mirata volubile buxum;* 7.
*imos plaga; non curſu ſegnior illo* 7.
*es ſylvaſque agitur; trepidumque ſequuntur* 4. 7.
*facibus furiæ & ſerpentibus atris.* 4.
*occurrit germani fratris imago* 6. 9.
*& ora modis attollit pallida miris;* 1.
*m ad pœnam ingenti clamore repoſcens.* 6. G. 3.
*fraternum potavit terra cruorem* G. G. 3.
*vas tribuloſque, interque nitentia culta* G. 1.
*ylva ſubit, ſegniſque horreſcit in arvis* G. 1.
*, Agricolas vanis eludit avenis* G. 1.
*ta ſeges, quin & lapis omnia nudus* G. 1. E. 1

em *Abelis* ſanguinolentam fuiſſe, indicat *Deus* his verbis: *is fratris tui*, &c. ſic *Chriſtus* Matth 24. 35. 16 Sic *bus Cainum* nempe abdidiſſe cadaver fratris. *Antiq. l.* 8.

ꝏ

æci-
n.

). 6.

), 6.

, l. 8.
lib. 9.
*ſe ſpi-*
*les la-*
*Chri-*
*s hor-*
1. *iis*
b. 12.
*t au-*
ibid.
*ritum*

B.
abel.
*urris*, lib. 1.
ptiſta.
*ultatio in ven-*
*;: laudes*, l. 8.
*io*, lib. 9.
:heſda.
*us*, lib. 10.
lehem.
*infantes*, l. 8.
C.
elum.
*eſcriptio poëti-*
lib. 13.
Cain.
*idium*, lib. 1.
phas.
lib. 10. *Chri-*
*rat*, & *veſtes*
ib. 11.
naan.
*ſcriptio*, lib. 3.
*um bella*, ibid.
*mulieris im-*
, lib. 10.
rolus.
*pietas & lau-*
*otentia*, l. 13.
iltus.
*Abele collatio*,
*Abramo*. ibid.
*ho*, ibid. *cum*
*. cum Abſolo-*
*um Davide &*
ib. *cum Eno*

*cho*, l 1. *cum Gedeone*, l. 3. *cum Moyſe*, ib. *cū Iacobo*, l. 2. *cum ſcala Iacobi*, ib. *cum Iephte*, l. 3. *cū Ioſepho*, l. 2. *cum Iobo*, ibid. *cum Sampſone*, lib. 4. & l. 12. *cum Salomone*, l. 5. *cum Iudith*, ib. *cum Iuda Machabæo*, l. 6. *Chriſtus ſuper omnes Deos Ethnicos*, ibid. *optimus paſtor*, ib. & l. 7. *Chriſti nativitatem prodigia antecedunt*, l. 6. *Angelus nunciat*, ib. *Chriſti nativitas*, ib. *regnū*, ib. & l. 7. *laudes*, ibid. & lib. 8. *de Chriſto vaticinia*, lib. 7. *Chriſtus arbor*, ib. *ſtatua Nabuchadnezzar*, ibid. *Chriſti pulchritudo*, ibid. *adventus*, ib. *ſub eo, quanta pax & fœlicitas*, ib. *Chriſti epithalamium*, ib. *circumciſio*, l. 8. *in templo oblatio*, ib. *fuga & reditus*, ib. *Chriſtus in templo diſputat*. ib. *matri reſpondet*, ib. *baptiſatur*, & *tentatur*, ib. *docet Apoſtolos*, l. 9. *aquā in vinum mutat*, ibid. *Mercatores templo ejicit*, ib. *morbos curat*, ib *Chriſti cum Samaritana colloquium*, ib. *præſentiam piſces ſentiunt*, ib. & l. 12. *mor-*

ia ſua periclitatur,
ubducit, ib. in de-
ſeceſsit, l. 10. in-
s 38 annorum, & 
icum ſanat, ib. ſic
& ſurdum, ib. à
pidatur, ib. Sacer-
ſervos captat, ib.
guratur, & dæmo-
puero ejicit; illi
argentum ſuppedi-
. Lazarum ſuſcitat,
deſertū Ephrem ſe-
ib. à Maria ungi-
id. aſina vectus de
ſolyma queritur, ib.
maledicit, ib. orat
ditur, l. 10. Agnum
liſcipulis edit, ibid.
ſtolorum pedes lavat,
dium Hieroſolymæ præ-
dicit, ib. mulieres flen-
tes reprehendit, ib. cruci-
figitur, ib., inter duos la-
trones, quorum uni dat pa-
radiſum, l. 12. orat pro
inimicis, & matrem Io-
hanni commendat, &
animam patri, ib. expi-
rat, & latus lancea per-
foratur, ib. Chriſtus ma-
giſter navis Eccleſiæ, ib,
multis figuris adumbra-
tur, l. 6. & l. 12. Iſmaëli
ſeu humano generi fontem
monſtrat, l. 12. verus Eli-
ſæus, ib. deſcendit ad in-
feros, ib. Chriſti ſepultu-
ra, & reſurrectio, ib. ty-
pi, ib. potentia in expu-

*laudatur ab Angelis & Sanctis*, ibid. *aſcenſionis typi*, ibid. *illius ad judicium reditus deſcribitur*, ibidem.

D.

Dagon.

D*Agonis idololatria*, l.4.

David.

*Davidis de Goliah victoria*, l. 4. *de aliis hoſtibus*, ib. *voluntas de templo ædificando*, ib. *afflictiones*, ib.

Deluvium.

*Deluvii deſcriptio*, l. 1.

Deus.

*Deus Pater poculum Chriſto mittit*, lib. 11. *concilium Angelorum vocat, de glorificando Filio*, l.13. *Dei gloria*, ibid.

Diabolus.

*Diaboli ejiciuntur*, l.9. *Diabolus Chriſtum tentat*, l.8. *fugatur*, ibid. *Iobum vexat*, lib. 2. *Diaboli in porcos intrant*, lib. 8.

E.

Eccleſia.

E*Ccleſiæ deſcriptio*, l. 3. & lib. 7. *Eccleſia navis*, lib. 12. *Eccleſiæ amplitudo*, ib. *pericula*, lib. 13.

Eli.

*Eli mors*, lib. 4.

Elizabeth.

*Elizabeth Virginem ſalutat*, lib. 6.

Enoch.

*Enochi tranſlatio*, lib. 1.

Ezechias.

*Ezechiæ hiſtoria*, lib. 5.

G.

Gabriel.

G*Abriel nativitatem Chriſti nunciat*, l. 6.

Gedeon.

*Gedeonis victoria*, lib. 3.

Gehenna.

*Gehenna quis locus*, lib. 5.

Goliah.

*Goliahæ hiſtoria*, lib. 4.

H.

Hæmorrhoiſſa.

H*Æmorrhoiſſa ſanatur* lib. 9.

Hebræus.

*Hebræorum idololatria & murmurationes*, l. 3. *ſervitutes*, ib. *Iudices*, ib.

Herodes.

*Herodes turbatur*, l. 8. *conſulit Magos*, ib. *occidit pueros*, ib. *Herodis bella*, l. 9. *Herodes alter natalem diem celebrat*, lib. 9. *Baptiſtam obtruncat*, ib.

I.

Jacobus.

J*Acobi Regis laus*, l.

*ſtoria*, l. 3. *ſacriſi-*
ibid.

Impius.

*n ſupplicia*, l. 13.
*nentur impii*, ib.

Jonathan.

*ni & Davidis a-*
, l. 4. *Ionathani vi-*
*a & mors*, ibid.

Jordanis.

*is deſcribitur*, l. 3.

Joſias.

*ietas & mors*, l. 5.

Joſeph.

*i ſomnia*, l. 2. *vendi-*
, *& incarceratio*, *&*
*ores*, ib. *cum fratribus*
*onciliatio*, ib. *Ioſephi*
*rimathæi pietas*, l. 12.

Joſuah.

l. 6. ...
*chatur*, l. 10. *Chriſti*
*dit*, l. 11. *ſe ſuſpendi*

Judicium.

*Iudicia divina*, l. 1. *Iu*
*ultimi deſcriptio*, lib

Job.

*Iobi hiſtoria*, lib. 2.

Jaddus.

*Iaddus pontifex*, lib. 6

Judith.

*Iudith hiſtoria*, lib. 5.

L.

Lazarus.

*Lazarus ſuſcitatur*

Loth.

*Lothi captivitas &*
*tio*, lib. 1.

Latro.

*Latrones crucifigunt*
... lib. 12.

Magi.
Magi *adorant* Chriſtũ, l. 8.
Manaſſes.
Manaſſis *vita*, lib. 5.
Mare.
*Maris rubri tranſitus*, l. 3.
Mathias. (l. 6.
Mathias *vindex libertatis*,
Meditatio.
*Meditationes de Arca* Noæ, l. 1. *de Scalâ* Jacobi, l. 2. *de lucta* Jacobi, ib. *de excidio* Sodomæ, lib. 1. *de* Salomone, l. 5. *de* Jonathan *&* Davide, l. 4. *de* Chriſti *officio paſtorali*, l. 6. *de* Judæorũ *converſione*, ib. *de* Chriſti *conceptione*, *nativitate*, *circumciſione*, *&* *oblatione*, l. 8. *de* Herodis *crudelitate*, ib. *de fuga* Chriſti, ib. *de* Baptiſtæ *vitâ ſolitariâ*, ibid. *de* Chriſti *paupertate*, *&* Apoſtolorum *vocatione*, ib. *de eorum prædicatione*. l. 9. *de* Chriſti *Regno*, ib. *de tempeſtate*, ib. *de* Magdalenâ, ib. *de argento à piſce ſuppeditato*, lib. 10. *de* Chriſti *lapidatione*, *&* *paſſionibus ejus*, ib. *deque ejus exilio*, ib. *de ſterilitate ficus*, ib. *de* Chriſti *paſſione in horto*, l. 11. *de paſſionibus in domo* Caiphæ, ib. *de* Petri *abnegatione*, ib. *de Galli cantu*, ib. *de* Chriſti *flagellatione*, ibid. *de coronâ ſpineâ*, *& veſte purpureâ*, ib. *de Virginis* Mariæ *fletu*, l. 11. *de Crucis bajulatione*, ib. *de crucifixione*, ib. *de nudo capite & manuum extenſione*, l. 12. *de Solis eclypſi*, ib. *de* Chriſti *morte*, l. 12. *de lateris perforatione*, ib. *de* Chriſti *officio nautico*, ib. *de liquore è corde fluente*, l. 12. *de* Iſmaële, *&* Eliſha, *typis* Chriſti, ib. *de* Chriſti *ſepulturâ*, *de reſurrectione*, ib. *de Iudæorũ malitiâ*, l. 12. *de* Magdalenâ *quærente* Chriſtũ, ib. *de corporũ reſurrectione*, ib. *de* Thomâ *tangente* Chriſtũ, ib. *de aſcenſione* Chriſti, l. 13. *de reditu ad judicium*, ib. *de Sp. S. miſſione*, l. 13. *de prædicatione Apoſtolorũ*, ib. *de navis Eccleſ. periculis*, ib. *de* Aronis *veſtibus*, l. 3.
Milites.
*Militum mendacium*, l. 2.
Monſtra.
*Monſtra ab Apoſtolis fugata quæ*, lib. 9.
Moyſes.
Moyſis *hiſtor*. l. 3. *miracula*, ib. *victoria*, ib. *mors*, ib.

tuni *idololatria*, lib. 4.

O.

O*Liveti mons*, lib. 5.

P.

Petrus.

PEtrus Chriſtum *orat*, l. 9. *ſuper mare ambulat*, l. 10. *è piſce argentum extrahit*, l. 10. Malchi *aurem amputat*, l. 11. Chriſtum *negat*, lib. 11. *flet*, ibid. *illi cura ovium committitur*, lib. 13.

Phariſæi.

Phariſæi Chriſto *invident*, lib. 9. lib. 10.

Pharo.

Pharonis *ſomnia*, l. 2. *tyrannis*, l. 3. *ſubmerſio*, ib.

Philiſtim.

Regina.

R*Eginæ* Sabæ *adi*tus, lib. 5.

Reſurrectio.

*Reſurrectionis* Chriſti lib. 12.

Roma.

Romæ *veteris idolola* lib. 6.

S.

Sacrilegium.

S*Acrilegium hujus* li, lib. 7.

Salomon.

Salomonis *templum*, *opes & magnificen* *congreſſus cum regi*ba, l. 5. *regnum di* lib. 5. *ſucceſſione* *gno* Judæ, ibid,

Samaritana

Saul.
Sauli *inauguratio*, l. 4. *invidia in* Davidem, ibid. *Magia & mors*, ibid.
Serpens.
*Serpens Diabolus*, lib. 3. *ſerpentes igniti*, lib. 3.
Sethidæ.
*Sethidarum matrimonia*, l. 1.
Sheba
Shebæ *mors*, lib. 4.
Sichemitæ.
*Sichemitarum hiſtoria*, lib. 2.
Signa.
*Signa prodigioſa* Chriſti *nativitatem comitantia*, l. 6. *& mortem*, lib. 12. *mortem ſequentia*, ibid.
Simeon & Simon.
Simeonis *oratio*, lib. 8. Simon *portat crucem*, l. 11.
Sodom.
*Sodomæ conflagratio*, l. 1. *Sodomæ terræ & lacus deſcriptio*, l. 1. *Sodomitarũ bellũ*, ib. Sol.
*Solis defectus*, lib. 12.
Sp. Sanctus.
*Sp. Sancti efficacia*, lib. 13.
Sumatra.
*Sumatra quis locus*, l. 4.
Sunamitis.
*Sunamitidis infans*, lib. 12.
T.
Tabernaculum.
T*Abernaculi extructio*, lib. 3.
Tempeſtas.
*Tempeſtas ſedata*, lib. 9.
Templum.
*Templi deſcriptio*, l. 4. *templi velum ſcinditur*, l. 12.
Transfiguratio.
*Trãsfiguratur* Chriſtus, l. 10.
V.
Vaticinia.
V*Aticinia de* Chriſto, (lib 7.
Velum templi.
*Veli templi deſcriptio*, l. 12.
Virgo.
*Virginis beatæ genealogiæ*, l 6 *exultatio*, ib. *modeſtia*, l. 8. *fuga*, ib. *Virgo natum amiſsũ quærit*, l. 8 *indigna patientẽ luget*, l. 11. & 12. *commẽdatur Iohanni*, l. 12. *natũ defunctum luget*. ib. *pietas circa defunctum*, ib.
Uxor.
*Vxoris* Pilati *ſomnium*, l. 11.
X.
Xriſtiani.
X*Riſtiani ad pacẽ invitantur*, l. 5. *ad bellũ Turcis inferendũ*, ib. & l. 12. 13. *ſacrilegium deteſtabile*, l. 7. *Xriſtianorum bella mutua deteſtata*, l. 8. *Xriſtianorũ martyria in poculo ſculpta*, l. 11. & *victoriæ*, ib. *bella iterum deteſtata*, lib. 13.
Z.
Zenacherib.
Zenacherib *exercitus*, l. 5.

*Argu-*

que ad Domini in cœlos elevationem. V
ppugnat & perſequitur Rex *Pluto* ſeu *S*
nullum non movet lapidem, ut Regnu
leſiâ ſubversâ in terris ſtabiliat, ſed fruſtr
im *Chriſtus* viros virtute & miraculis pr
emiſit, qui *Solymam* à Satanæ malitia
tuerentur; Tandem ipſe venit, qui doctr
, miraculis, & morte, Regnum *Babylon*
ccleſiam ſtabilivit; de *Plutone* & malorui
conciliabulo triumphavit.

---

*Admonitio ad Lectorem.*

uſtiore margine, *l* ſignificat librum; *E*, I
n; *G*, Georgicorum librum; *Æ*, Æne

# CHRISTIADOS

## LIBER I.

### Argumentum.

*Pluto* animadvertens *Solyma* fundamenta ab *Abele* jacta,
ıvidia ſtimulat *Cainum* Babylonis fundatorem, ut fratrem
quod illius ſacrificium *Deo* acceptum fuit) interimeret;
uo occiſo, *Deus* alios excitat qui *Solymam* ædificent, nempe
'*ethum, Enosh, Kenam, Malaleël, Iared, Henocum*, qui ad Pa-
adiſum fuit raptus; *Methuſalem, Noachum*, cujus tempori-
us, inſtigante *Plutone, Sethi* poſteri matrimonia contrahunt
um filiabus *Caini*; ex quibus procreantur Gigantes, quo-
um ſceleribus provocatus *Deus* diluvium immiſit, quo ho-
nines pecudeſque perierunt, exceptis paucis in Arca ſerva-
is; cùm autem *Noachus* ex columbâ intellexiſſet ſiccatam
urſus terram, *Arcâ* egreditur, victimam offert: varia præ-
epta filiis dat, quos agriculturam docet; cum illis *Deus* fœ-
us pepigit; ſed ſenex vino captus, à filio *Cham* deridetur:
ıterea *Pluto*, ut rurſus *Solymæ* ædificationem impediret, om-
es ad extructionem turris *Babel* hortatur; quos *Deus* iratus
liſperſit, & loquelam confundit; *Abramum* ex Chaldæa ad
xtruendam *Solymam* evocat; illi *Chriſtus* promittitur, &
'*anaan*; *Lothum* captivum liberat. Deſcribitur terra, bellum,
t excidium *Sodomitarum*: quæ de *Abele, Noacho, Abra-
mo*, &c. dicuntur, *Chriſto* applicantur.

*Ille ego qui quondam gracili mo-*
*dulatus avena* Æ.l.1.
*Carmen, &* Ægypto *egreſſus per*
*inhoſpita ſaxa* 1.5.
*Perque domos* Arabum *vacuas &*
*inania regna* 6.

Ge

4

rand
ione
impi
coad
ebim

*mpulit? an tantas cæli* 8 *mens ardet in iras?* 1.12.
*Certe in ſupremo divûmque hominumque ſatore* 1.
*Nulla ira ignoſcunt, nullus dolor oſsibus ardet:* 9.
*Nulla erat in* Chriſto *facies ſceleriſve dolive;* 68.
*Verum omnis fraus noſtra fuit, nihil Ille nec auſus* 9.
*Nec potuit patrare nefas; nunquam excidit ore* 2.
*Fraus ulla, aut ulli potuit ſuccumbere culpæ;* 4.
*Unius ob noxam & furias labentis* Adami 1.4.
*Hæc tulit, infidum nimium dilexit amicum.* 2.9.
*Vrbs* 9 *antiqua fuit clari cognominis, illam* 1.8.
*Fundavit* Nini *genitor* 10 Nimbrothus, *& alto* 6.1.
*Aggere murorum cinxit* Semiramis *uxor* 10.
Nini, *tum pontes & propugnacula junxit* 9.
*Bellatrix; non illa colo calathiſve* Minerva 7.
*Fœmineas aſſueta manus, ſed prælia virgo* 7.
*Dura pati, curſuque pedum prævertere ventos.* 7.
*Hæc urbs dives opum ſtudiiſque aſperrima belli;* 1.
*Quã* Pluto *fertur terris magis omnibus, unam* 1.
*Poſthabitis coluiſſe aliis; hic illius ara,* 1.
*Hic cultus fuit, hoc regnum Dis gentibus eſſe* 1.
*(Si qua fata ſinant) jam tum tenditq; fovetq;* 1.
*Progeniem, ſed enim* Judæa *à ſanguine duci* 1.
*Audierat, ſtygias olim quæ verteret arces:* 1.
*Hinc populum late regem, verboque potentem* 1.

8 Licet *Deus* ſit mens ſeu anima mundi, non eſt tamen animal mundus, ut *Platonici* & *Stoici* volebant: eſt enim forma aſſiſtens, non informans, quia non eſt pars & ſubſtantia imperfecta.

9 Urbs hæc *Babylon* eſt, quâ *Satanæ* regnum intelligo. Diabolus rector ejus civitatis, quæ myſticè *Babylon*, &c. *Auguſt. lib.* 2. *contr. epiſtol. Parmenium.*

10 *Nimbrothus* idem putatur qui *Belus.*

[illegible] rege [illegible] ſuperbum [illegible]

[illegible] quod nempe capiti contenderet anguis

[illegible] malū pedibus fatale [illegible] dracones G[illegible]

[illegible] accenſus jactatos æquore toto

[illegible] cum ſociis, terraq; extrema ſequentes

[illegible] longe Solymis, multoſque per annos

[illegible] caedes, per tot diſcrimina rerum

[illegible] hoſtes, animiſque litantes,

[illegible] terram & maria omnia circum;

[illegible] Solymæam condere gentem!

[illegible] accepimuſq; una decurre laborē

[illegible] fama [illegible] merito pars maxima noſtra

[illegible] Deus, pelagoq; volans da vela petenti;

[illegible] atq; audacibus annue cœptis

[illegible] rerum liceat mihi ferre per orbem,

[illegible] intelligo vel ipſum Deum, vel ine[illegible] [illegible] tempora, præſens, præteritum, & f[illegible] [illegible] unde Numa, Decima, Morta, ut vid[illegible] [illegible] Theo. &c. ad Græc.in[illegible] [illegible] Prophetas intellig[illegible] [illegible] rerum præteritarum, præ[illegible] [illegible] rerum [illegible] in denunciand[illegible]

*Sola* Sophocl æo *miracula digna* 13 *cothurno.* Ec. 8.
*Non ego cuncta meis amplecti verſibus opto,* G. 2.
*Non, mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum* G. 2.
*Ferrea vox; ſed ſumma ſequar faſtigia rerum;* 6. 1.
*Et prima expediam repetens ab origine mundi* G. 4.
*Inſidias Satanæ, fraudes atque horrida bella* 2. 6.
*In* Chriſtũ & Chriſti *famulos; quos ipſe priuſquã* 3. 1.
*Deſcendit cælo, terræ præmiſit in orbem* 2. 1.
*Optatas fundare arces,* & *tecta* Sionis, 4.
*Molirique arcem,* & *manibus ſubvolvere ſaxa:* 7. 1.
*Quos omnes ferro inſequitur vel fraude fatigat* 2. 6.
*Propterea pendent opera interrupta, minæque* 4.
*Murorum ingentes, æquataque machina cælo.* 4.
*Nec poſſunt cœpta turres aſſurgere, donec* 4.
*Ipſe expectatus* Solymæ *conditor arcis* 6. 8.
*Venit,* & *invicta fabricavit mœnia dextra:* 6. 9.
*Quæ neque vis humana poteſt, nec janua Ditis* 6. 1. 6.
*Vincere nec duro poterunt convellere ferro.* 4. 4.
*Vix è conſpectu patriæ fœlicis in* 14 *altum* 1.
*Vela dabant mœſti;* & *ſpumas ſalis ære ruebant* 1.
*Patres primævi, invidia fallacis Averni* 7. 2.
*Expulſi patria,* & *jactati gurgite vaſto* 8. 1.
*Incerti quo fata ferunt, ubi ſiſtere detur;* 3.
*Cùm* Pluto *æternũ ſervans ſub pectore vulnus,* 1.
*Excitat* Æolias *malefida mente procellas;* 5. 10.
*Disjecitque rates, evertitque æquora ventis.* 1.

13 Cothurnus hic ſumitur non pro Tragœdorum calceo, aut ve natorio; quorum ille procerus erat & ſubere fultus: hic planus & humilis nec pro Tragœdiis, ſed pro ſublimi dicendi genere. 14 Pe Mare mundum intelligo turbidum & amarum, periculis plenum, & monſtris refertum. Mare eſt alternis æſtibus reciprocum, mod allevans nos ſubitis incrementis, modò majoribus damnis deferens aſſidueque jactans, &c. *Seneca conſol. ad Polyb. cap.* 28.

*itque vadis* & *funere mergit acerbo,*
*regnum* Solymæ *ſtygias averteret arces.*
*xercebat humum tauris,* & *pura* Cainu
*na credebat ſulcis; ſed paſtor Abelus*
*igeras tondebat oves hirtaſque capellas.*
*ſitis aras d* [illegible] *ediis ſolvunt;* [illegible]
*um primitias,* & *liba ferebat ad aras*
*or, at hic pingues pecudes* & *rite ſacrata*
*ummam jugulans gratos mactabat honor*
*autem cælo ceciderunt crebra ſereno*
*ura, corripuit tremulis altaria flammis*
*ab atherio cæli demiſſus* Olympo,
*molli tactu ſacrum lambebat* Abelis.
*urium agnovit juvenis, duplice ſque repe*
*ulit ad cælum palmas,* & *numen adorat*
*tulit hanc ſpeciem furiata mente* Cainu
Stygiæ *regnator aqua: qui verbera tect*
*reaſque inferre faces ſolet atque venenu*
*dia,* & *charos armare in prælia fratres:*

*Impius, hæſit enim ſub pectore vulnus, & uda* 7.
*Vocis iter, tenuemque incluſit* [15] *ſanguine vitã.* 7.
*Corpus* [16] *humo tegere, & foveis abſcondere*
*tantum* G. 3.
*Speravit ſe poſſe nefas, ſed qui omnia novit* 4.G.4.
*Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura tra-*
*huntur* G. 4.
*Crudeles aras; trajectaque pectora ferro* 1.
*Nudavit, cæcumque domus ſcelus omne retexit.* 1.
*Ille autem ſcelerum furiis agitantibus amens,* 4.
*Atque ignotus, egens, terra Deſerta peragrat:* 1.
*Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo* 7.
*Quem pueri magno in gyro vacua atria circum* 7.
*Intenti ludo exercent: ille actus habena* 7.
*Curvatis fertur ſpatiis: ſtupet inſcia turba,* 7.
*Impubeſque manus mirata volubile buxum;* 7.
*Dant animos plagæ; non curſu ſegnior illo* 7.
*Per rupes ſylvaſque agitur; trepidumque ſe-*
*quuntur* 4.7.
*Armatæ facibus furiæ & ſerpentibus atris.* 4.
*Sæpius occurrit germani fratris imago* 6.9.
*Triſtis, & ora modis attollit pallida miris;* 1.
*Latronem ad pœnam ingenti clamore repoſcens.* 6.G.3.
*Et quia fraternum potavit terra cruorem* G.G.3.
*Fert lappas tribuloſque, interque nitentia culta* G. 1.
*Aſpera ſylva ſubit, ſegniſque horreſcit in arvis* G. 1.
*Carduus, Agricolas vanis eludit avenis* G. 1.
*Expectata ſeges, quin & lapis omnia nudus* G.1.E.1

15 Necem *Abelis* ſanguinolentam fuiſſe, indicat *Deus* his verbis: *vox ſanguinis fratris tui*, &c. ſic *Chriſtus* Matth 24. 35. 16 Sic putat *Joſephus Cainum* nempe abdidiſſe cadaver fratris. *Antiq.* l. 8.

*us ob hanc cadem terrarũ clauditur orbis.*
*am ſpinis horreſcit pagina ſacra*
que *tribuliq; adſunt atque aſpera ſylva.*
*poſtquã inferni rex morte peremit* Abelẽ
*im fundavit ſacratos ſanguine muros;*
*otens ne cœpta opera interrupta jacerent*
*ces alios miſit qui mœnja condant:*
n *qui duplicem caſum triſteſque ruinas*
*'i deſcripſit geminis in poſtibus;* Enosh
*imo inſtituit mortales rite precari.*
n, Malaleël, Jared, *tum miſit* Henochum
*nẽ hũc rapuit Paradiſi ad amœna vireta.*
*tvi palmas necquidquã adſidera tendunt*
*es, ſavitque canum latratus in auras;*
*a ultrices ululârunt ſedibus imis,*
*dignantes;* Pluto *fremit ore cruento,*
*ilem aſcendiſſe illuc unde exulat ipſe.*
*ãvis patriam antiquã ſpes nulla videndi*
*bus, hinc tamen æternam ſperare ſalutem.*

[redacted]



...resonat cantu formoſus Henochus 7.
...r fontes; ubi mollis amarillum E.1.I.1
& dulci aſpirans complectitur umbra. 1.
...riſtus ſedes, hic debita præmia laudi 3.1.
...iſit, qui cingent mœnibus urbem, 2.3.
...arces & tecta colent excelſa Sionis. 7.5.
...unc Methuſalē longævus mittitur; ille 5.
...7 non ulli veterum virtute ſecundum 11.
...t; centum & bis denos inſtruit annos 4.2.
...ſcelerum nutantem pondere mundum 1.Ec.4.
...luvii cauſas & ſigna docendo. 7.G.3.
...to advertens fruſtra ſe opponere jactis 4.7.
...i aggeribus nec poſſe avertere aperta 10.1.
...iam tacitis oppugnat fraudibus illam, 2.5.
...pacē (hoc prætexit nomine fraudem) 4.4.
...onjugii ſimulato pectore tædas 4.6.
...t, nempe ut gnata de ſtirpe Caini 4.6.
...r generis Sethi de gente creatis; 4.7.
...e cupit populos, & perfidus unam, 4.4.
Solymis urbē & Babylone profectis, 4.
Babylon premeret ditione Sionem; 10.
...capit ille dolis, fallitque veneno 1.1.
...miſeros; furit ingens oſſibus æſtus G.3.
...anſere oculis forma ſuperante puellas 12.8.
...illecebris turpique cupidine capti G.3.A.4
...ignemque ruunt, amor omnibus idem. G.3.

...primus ſacrorum ritus inſtituit: humani generis pro... ...ſeruit, unde *Conſivius* à *conſerendo* dictus: vini repertor ...ae vox *Jain* ſignificat: bifrons pingebatur, ut reſpiciens ...eculum, ante & poſt diluvium, cum virga & clave, qui... ...um & cuſtodia deſignatur. Cum navi etiam, qua mun... ...s fuit. Agriculturæ ſtudioſus fuiſſe dicitur: quæ omnia ...eniunt. Inde *Macrob. ſat. l. 2. c. 9. Fernand.* de ... ...*cap.* 17.

*r omnipotens, ...*

*a connubia, & tales celebrant hymen*
*gium* Sethi *genus, & ſtirps ſæva* Ca
*cet hac pax eſt quam rex prætendit A*
*ceri & generi coëant mercede ſuorum*
*ue Cainigena dotentur clade puellæ ;*
*genus omne neci pecudum dedit om*
*rorum.*
*Iuſtitia & magnus pietate* Noachus
*ar montis opus divina numinis arte*
*ficans, ſecta contexuit abjete coſtas,*
*c volucrum pecudumque genus, genu*
*ferarum*
*; homines octo, reliquos vorat æquore*
*luſitque cavo, lateri penituſque caver*
*entes uterumque cibo potuque replevi*
*veniunt urſæ informes, fulvique leo*
*ylvis ; tum ſævus aper, tum peſſima t*
*genus omne canum, quin & genus acre*
*rituſque lepus timidiq; ſequuntur on*

*Accipitres ſacri, & candentes corpore cygni;* 11.1.2
*Cornix qua plena pluviam vocat improba voce:* G. 1.
*Quaque arguta lacus circumvolitabat hirundo;* G.1.
*Solaque culminibus ferali carmine bubo* 4.
*Sueta queri, & longas in fletum ducere voces.* 4.
*Quin medio celeres revolant ex aquore mergi,* G. 1.
*Atque alia pelagi volucres, & qua* Aſia *circum* G. 1.
*Dulcibus in ſtagnis rimantur prata* Cayſtri. G. 1.
*Littoraque halcyones linquunt, & acanthis* 18 *aſellos,* G. 3.
*Et philomela dapes, & rauca rura palumbes.* E.6.E.
*Et gemere aëria ceſſavit turtur ab ulmo.* Ec. 1.
*Quin etiam è paſtu diſcedens agmine magno* G. 1.
*Corvorum increpuit denſis exercitus alis.* G. 1.
*Sed neq; quā multa ſpecies, nec nomina qua ſint* G.2.
*Eſt numerus, nec enim numero comprendere refert.* G. 2.
*Nec Deus has voluit ſervari à fluctibus omnes,* 3.
*Sed bina ex quovis genere ingrediuntur in* arcā; 5.G.2
*Navita nam triſtis nunc has, nunc accipit illas,* 6.
*Aſt alias longe ſemotas arcet arena.* 6.
*Vix ſeſe incluſit quum effuſis imbribus atra* 8. 5.
*Tempeſtas ſine more furit, tonitruq; tremiſcunt* 5.
*Ardua terrarum, & campi; ruit athere toto* 5.
*Turbidus imber aqua, denſiſque nigerrimus auſtris.* 5.
*Praterea aggeribus ruptis* Neptunus *ab alto.* 2. 1.
*Fertur in abruptum cumulo, campoſq; per omnes* 12.2.
*Irruit aëriosque evincit gurgite montes.* 8. 2.

18 *Acanthis* odio proſequitur aſinos ſpinarum flores devorante
Solin. lib. 10. cap. 74.

*on humanis manibus, non arte magiſtr.*
*uxit, ſed morte ſuâ, verboque potenti.*
*ue hoc incluſos ligno occultavit amicos.*
*nare præruptū pelago premit arva ſonan*
*s Deus irarum ſubmergit fluctibus orbe*
*e gubernator media nunc* Janus *in una*
*e genus pecudum, nec non genus omne*
*rarum.*
*ue homines ligno incluſus, pictaſq; volitt*
*ſaxa incolumes, per tot vada cærula vex*
Chriſtus *ligno affixus ſervavit ab orco*
*ctam* Solymā, *& per ſaxa latentia du*
*us ad æthereum, portuque exponit in alt*
*te gente Deûm,* Solymæā *è fluctibus m*
*revehis nobis, æternaque mœnia ſervas*
*eſtate Solo* Judææ *arviſque* Sionis,
*nobi certa domus, requies ſit certa labori*
*videam patrios longo poſt tempore, fines.*
*tandem pelagi cunctos ſuperare labores,*
*mundi perferre minas, tumor omnis &*

ndem volucrem de 19 nave columbam, 5.
s oppreſſam terram, cæliq;ue ruina 1.
e jubens, ſi ſeſe attollere rurſus 1. 3.
e montes aperire, ac volvere fumum: 3.
feſſis Arcam circumvolat alis; 3.
iem invenit pedibus, namque omnia plenis 6.G.1.
tant foſſis, nec adhuc exhauſta reſidunt G.1.A.6.
ſe rurſus nota incunabula condit. G. 4.
ſed poſtquam lucem mortalibus almam 5.
extulerat, radiisque retexerat orbem 5.
urſus magnum per inane columbam. 1.Ec.6.
ora ſe tollit celerē, liquidūq; per auras 11. 6.
er, viridi tandem ſuper arbore ſedit. 6. 6.
rò Janus cælum ſpeculatur & alis 5.
tem viſu ſequitur ſub nube columbam, 5.
ns qua ſigna ferat, quo tendere pergat; 6.
o viridem decerpſit ab arbore ramum; 6.
volans tenues ſe ſuſtulit ales in auras, 5.
edit ramum referens falsis Oliva; 2. 6.
ſe undas monſtrat, pacemque reportat. 5. 7.
ior Janus primum ſperare ſalutem 1.
& afflictis melius confidere rebus. 1.
ndo Divina ira denſiſſimus imber 6. G.1.
t mundo, medioque ſub æquore merſit 1. 6.
um genus, en cælo demiſſa columba eſt 1. 1.
ns pacem, & ramum vivacis olivæ. 6. G. 2.

am *Nax*, *Beroſus* teſte *Ioſepho*, *Ant.* 1. c. 4. Navim appellavit. autem *l. de animant.* comparatione navim *Deucalionis*; Ap-ivit. In antiquis autem numiſmatibus pingebatur ex ad-i, navis quædam.

*Au-*

: Pluto, *ſtygioque caput damnaverat orc*
*ima ſed poſtquam ſtellas Aurora fugara*
*e iterum Ætherias emittitur ales in aura*
*lorare udas terras ; illa ardua pennis*
*ra petit, nec poſt oculis eſt reddita* Jani:
*c ſiccam intelligit tellurẽ, & cuncta ſere*
*cœlo conſtare videt : nec fontibus amne.*
*plius erumpunt aucti pluvialibus auſtri*
*guine ſic poſtquã ventos placavit & imb*
*cœleſtis* Chriſtus, *nubesque fugavit,*
*ur in aſtra volans, ſuperúmque enavit*
*arces*
*ter hanc animam quum tu de corporis ar*
*xeris, & verbo feſſos laxaveris artus ;*
*c celeres alas trepida concede columba ;*
*pennis ferri per inania nubila cœli :*
*ecum ætheris luſtrem calſa atria Templi*
*nus exactis completur menſibus orbis*
*quo jactari ventis & fluctibus arca*

Hanc fortè ob cauſam veteres cecinere Poëta G.1.A.1
Delectos heroas quod per mare vexerat Argo Ec.4.5
Incolumes, ſublimem inter cæli aſtra locatam. 8. 1.
Sed Chriſti 20 navis cui nunc Eccleſia nomen, 1.
Poſtquam defuncta eſt finem, portuſque tenebit 9.
Ætherios olim, cum mundi evaſerit undis 9.
Chriſtiadumque duces cæleſtia vexerit arva: 9.
Omnipotens genitor rerum cui ſumma poteſtas, 10. 9.
Mortalem eripiet formam, magnique jubebit 9.
Ætheris eſſe facem, qualis Phœbæus Apollo 9. 3.
Et ſoror alma regens ſpumantē lumine pontum. G.1.A.9
Et jam ceſſavit miſceri murmure pontus 6. 1.
Emiſſamque hyemem verus Neptunus abegit 1.
Vultu, quo cœlum tempeſtateſque, ſerenat 1.
Collectum humorē Zephyris ſpirantibus haurit, G.1.G 3
Et jubet hybernis jam parcere flatibus Euros. G. 2.
Iamque iterum lucē pecudes hauſere, virumque G. 2.
Terrea progenies iterum caput extulit Arca, G. 2.
Immiſſæque feræ ſylvis, & ſidera Cælo; G. 2.
Excipit & rurſus cæli indulgentia terras, G. 2.
Parturit almus ager, zephyriq; tepentibus auris G. 2.
Laxāt arva ſinus; frōdes nunc explicat omnes, G.2.G.2
Pampinus, & rurſus nova prata coloribus ardent. G.2.A.4
Iamque ſenex arca portam reſeravit, &, ipſe 12.
Defeſſus rerum, & magno telluris amore 8.
Exiit, egreſſoque labant veſtigia prima; 1. 10.
Et ſocii tandem optata potiuntur arena. 1.

20 Non ſolum navis aptè repræſentat *Eccleſiam* in mundo velut in mari jactatam; ſed etiam olim *Chriſtianorum* templa in modum navis extrui præceptum fuit. *Clemens l. 2. conſt. Apoſt. c.* 507.

Et

·tepidum ad Solem pennas in littore pan
dunt·
la Thetidi halcyones, nunc noctua tantus
et rurſum ſeros & bucula cælum
·iens patulis jam captat naribus auras
·vi præter ſolitum dulcedine læti
inant liquidas preſſo ter gutture voces
quater, atque altam ſupra volat arde
nubem.
jam reſonant avibus virgulta canoris
nerem certis repetunt armenta diebus:
ula jam tignis nidum ſuſpendit hirundo,
ida plaudit avis longis inviſa colubris;
a fera repetunt, ſcandũt dumeta capellæ;
a paſcuntur virides armenta per herbas.
Jus Janus, cæloque poſitus aperto
·ipio 21 delubra facit, pacemque per ara
urit, mactat lectas de more bidentes.
t in apricis mox collibus ordine vites

[redacted]



*Iuventis miſcère uvis: jacet ecce ſupinus* G.1.A.1
*Membra* [22] *Deo victus, totoſq; extēditur artus.* 9.6.
*Sed ſimul ac pueri ſomno videre jacentem,* Ec.6.
Chamo *vipereum inſpirat, rex* Pluto *venenum* 7.
*Fratribus, ut ridens monſtraret turpia membra* 4.5.
*(Namque procul veſtis femori delapſa jacebat)* 10.E.6.
*Qua* Semus *proprio cum fratre obnubit amictu* 10.11.
*Sic* Chriſtus *poſtquam carcheſia ſpumea muſti* G.1.G.2
*Ira Divina hauſiſſet, de ſtipite pendens* 4.3.
*Cervicem inflexam poſuit, ſomnósque petivit;* 3.7.
*Illum & pendentem pueri, & riſere gementem,* 5.
*Et ridentrubros revomentem pectore fluctus.* 5.
*Tunc* Jano *dat jura Deus, tunc legibus orbem* 1.6.
*Fundavit; fratres odio certare vetabat,*  6.10.
*Aut capere inſidiis res fratrum, aut vertere*
*prædas.* E.3.A.1
*Vt pareant ſcelerare manus in ſanguine fratrũ;* 3.
*Vt caſta maneant ſub religione nepotes;* 3.
*Vt turpes vitent thalamos, vetitoſq; hymenæos.* 7.6.
*Viſcera ne vivis rapiant animalibus; atro* 12.3.
*Sanguine ne pecudũ veſcantur; jamque poteſtas* 3.10.
*Conceſſa in pecudes, quod quamvis frondibus*
*olim* 9.G.3.
*Sint paſti patres, & victu ſimplicis herba,* G.3.
*Nunc vires pecudum membris revocare licebit.* G.3.A.1
*Quin & promittit ſe nolle immergere ponto* 4.1.
*Vlterius terrarũ orbẽ, & genus omne ferarum,* 1.G.3.
*Et genus humanũ, & pecudes pictaſq; volucres.* G.3.

22 Vinum voco Deum eo ſenſu quo *Apoſtolus* Ventrem nominat Deum, *Phil.* 3. 19. Utinam noſtri temporis vini gurgites hujus Dei reſpectu ἄθεοι eſſent.

*im* Pluto *voluit dominari gentibus olim*;
*verè terram mortales vertere ferro*
*dens inſtituit* Janus : *primuſque per artem*
*vit agros, curis acuens mortalia corda :*
*torpere gravi paſſus ſua regna veterno* ;
*!ocet ut ſoboles meditando extunderet artes*
*latim, & ſulcis frumenti quæreret herbam,*
*ilicis venis abſtruſum excuderet ignem.*
*n docuit natos ſegeti prætendere ſepem,*
*dias avibus moliri ; incendere vepres ;*
*antumque gregem fluvio merſare ſalubri.*
*gruibus pedicas, & retia ponere cervis*
*ritosque ſequi lepores, & figere damas*
*orrere igni fruges, & frangere ſaxo.*
*quia jam tellus facta eſt uligine ſalſa*
*uvii ſterilis, nec fertilis illa juvencis,*
*nmoda nec ſegeti, nec* Bacchi *munere felix,*
*pterea in campis tenues, deducere rivos*
*ſaturare fimo pingui ſola juſſit amara,*

*Attrectet vitē attendens, fingatque putanda.* A.2.G.2.
*Multaque præterea, ſpaciis quæ excluſus iniquis* 6. G.4
*Prætereo, atque aliis poſt me memoranda relinquo.* G. 4.
*Interea* Semus Solymæ *tecta alta locabat* 4. 7.
*Quam pene horriſonus* Neptuno *immerſerat* Eurus 6. G.4.
*Sed nati capti inſidiis & fraudibus Orci.* 2.
*Scilicet* Arphaxad, *tū* Sale *& maximus* Heber
*Vnde genus, linguam & nomen duxere minores* 5. 3.
*Tū* Phaleg, Rehu, Saruch, Nachor*que*, Tharoq;
*Segnius* 23 *inſtabant operi, regnoque futuro* 9. 1.
*Immemores tanti regni rerumque ſuarum.* 4.
*Inter quos* Abram Babylonis *tecta novantem* 6. 4.
*Conſpicit omnipotens, cæloque ita fatur ab alto* 6. 5.
*Nomine compellans: tu nunc* Babylone *morar*is 11. 4.
*Fundamenta locans, inimicā & neſcius urbem* 4. 4.
*Exſtruis, heu regni rerumque oblite tuarum.* 4.
*Quid ſtruis; aut quâ ſpe ſtygiis teris otia terris?* 4.
*Ha tibi mutanda ſedes, terra illa petenda* 3. 4.
*Quā tibi monſtrabo, tu magnis magna parabis* 4. 3.
*Mœnia venturos tollemus in aſtra nepotes* 3.
*Imperiumque urbi dabimus: patriamque patremque* 3. 4.
*Linquere ne pigeat, néve extera quærere regna.* 3. 4. †
*An te nulla movet tantarum gloria rerum,* 4.
*Nec ſuper ipſe tua moliris laude laborem?* 4.

23 Polis inſerviebant, *Joſua* 24. 2. hinc fieri cœperunt ſtatuæ ex luto & arte figulari per induſtriam *Thare*, &c. inde *Epiphan. contr. hæreſ. Suidas in voce Saruch.* Aliter ſentit *Auguſtinus lib.* 16. *de Civit. cap.* 13. Forte non erant patres tum dediti idololatriæ quam Chaldæi, non tamen prorſus ab ea alieni.

uto *voluit dominari gentibus olim ;*
*terram mortales vertere ferro*
*nſtituit* Janus : *primuſque per artem*
*ros, curis acuens mortalia corda :*
*e gravi paſſus ſua regna veterno ;*
*t ſoboles meditando extunderet artes*
*, & ſulcis frumenti quæreret herbam,*
*venis abſtruſum excuderet ignem.*
*uit natos ſegeti prætendere ſepem,*
*avibus moliri ; incendere vepres ;*
*mque gregem fluvio merſare ſalubri.*
*us pedicas, & retia ponere cervis*
*ue ſequi lepores, & figere damas*
*e igni fruges, & frangere ſaxo.*
*jam tellus facta eſt uligine ſalſa*
*ſterilis, nec fertilis illa juvencis,*
*a nec ſegeti, nec* Bacchi *munere felix,*
*a in campis tenues, deducere rivos*
*are fimo pingui ſola juſsit amara,*
*... effœtas jactare per agros*

*Attrectet vitē attendens, fingatque putanda.* A.2.G.
*Multaque præterea, ſpaciis quæ excluſus iniquis* 6.G.
*Prætereo, atque aliis poſt me memoranda re-*
*linquo.* G.4.
*Interea* Semus Solymæ *tecta alta locabat* 4.7.
*Quam pene horriſonus* Neptuno *immerſerat*
Eurus 6.G.4
*Sed nati capti inſidiis & fraudibus Orci.* 2.
*Scilicet* Arphaxad, *tū* Sale *& maximus* Heber
*Vnde genus, linguam & nomen duxere minores* 5.3.
*Tū* Phaleg, Rehu, Saruch, Nachor*que*, Tharoq;
*Segnius* [23] *inſtabant operi, regnoque futuro* 9.1.
*Immemores tanti regni rerumque ſuarum.* 4.
*Inter quos* Abram Babylonis *tecta novantem* 6.4.
*Conſpicit omnipotens, cæloque ita fatur ab alto* 6.5.
*Nomine compellans: tu nunc* Babylone *moraris* 11.4.
*Fundamenta locans, inimicā & neſcius urbem* 4.4.
*Exſtruis, heu regni rerumque oblite tuarum.* 4.
*Quid ſtruis; aut quâ ſpe ſtygiis teris otia terris?* 4.
*Hæ tibi mutandæ ſedes, terra illa petenda* 3.4.
*Quā tibi monſtrabo, tu magnis magna parabis* 4.3.
*Mœnia venturos tollemus in aſtra nepotes* 3.
*Imperiumque urbi dabimus: patriamque pa-*
*tremque* 3.4.
*Linquere ne pigeat, néve extera quærere regna.* 3.4.
*An te nulla movet tantarum gloria rerum,* 4.
*Nec ſuper ipſe tua moliris laude laborem?* 4.

23 Polis inſerviebant, *Joſua* 24. 2. hinc fieri cœperunt ſtatuæ ex luto & arte figulari per induſtriam *Thare*, &c. inde *Epiphan. contr. hæreſ. Suidas in voce Saruch.* Aliter ſentit *Auguſtinus lib.* 16. *de Civit. cap.* 13. Forte non erant patres tum dediti idololatriæ quam Chaldæi, non tamen prorſus ab ea alieni.

*a inde et e plaga rex magnus Olympi*
*edet candenti, & ſic affatur* Abramum
*minas nunc flecte acies, hanc aſpice ter*
*dextra lævaque velis, ſeu ſolis ad ortu*
*d occaſum, quacunque aſpexeris omne*
*erram accipies: hæc littora curva teneb*
*ies magnum cæli ventura ſub axem.*
*i certa domus celſis caput urbibus exit.*
*cuncta nota tacito labentia cælo,*
*que dies cælo conceſſerat, aſtraque bigis*
*noctivagis pulſabant ætheris Orbes)*
*ſi poſſis numero comprendere certo.*
*, quam multa* Zephyro *turbentur aren.*
*rit ſoboles quam partu candida* Sara.
*vis jam ſterilis) fundet tibi; max.*
*mus ille*
*ur pulchra cœleſtis origine* Chriſtus
*avidam imperiis* Babylonem, *armiſq*
*frementem*
*o premet, & toti dominabitur orbi.*

*His dictis cura emota, pulſusque parumper* 6.
*Corde dolor, ſed* Pluto *in aperta pericula* Abramum 6. 12.
*Conjicit, ut poſſit* Chananæo *expellere regno.* 12. 3.
*Ni pater æthereus vires animumqui dediſſet,* 9.
*Dum bello* Aſſyrii *vexabant oppida reges* 8.
*Quinque Paleſtina,* Lothum *de fratre nepotem* 3. 6.
*Corripiunt, capto vim duram & vincula tendunt.* G. 4.
*Haud procul à* Sodomis *habitabat vallibus imis* 8. 3.
Lothus, *ubi gens ſæva virum; atque effrana, Deique* 6. G. 3.
*Contemptrix poſuere urbes, quas rector* Olympi 8. 8.
*Fulmine disjecit, denſa inter nubila flammas* 6.
*Sulphureas torquens; quæ tantum accenderat ignem* 6. 5.
*Cauſa patet; nempe infandam* Venus *improba flammam* 5. 2.
*Oſſibus in duris juvenum verſavit amantum* G. 3.
*Sic Deus igne nefas, ignem ſic igne piavit.* 2.
*Heu quanta ſcelerum facies quæ immania cœpta* G. 4. A. 5.
*Mortales agitant miſeros, cœlumque laceſſunt?* 11. 5.
*Ah quoties magna teſtatur voce per auras* 6.
*Omnipotens? quoties ſcelerum nos admonet, ingens* 1. 6.
*Porta tonans cæli, & nimbis illiſa reclamant* G. 3 A. 6
*Fulgura, nec ſummi poterit revocare parentis* G. 3.
*Vox licet increpitans iterumque iterumque minetur* 3. 2.

*·biſcens*

*ſit, qua nunc fundo volvuntur in imo.*

*empeſtates dicam ventoſque furentes*

*xcitos, aut actos nubibus imbres?*

*niniſtis enim cunctis, & memorare p*

*teſtis,*

*nulla movet tanti terroris imago?*

*iturus adhuc crudeli funere mundus?*

*ellus ipſum fumo ſubtexet* Olympum,

*tque globos flammarũ, & ſidera lambe*

*mmis collapſa ruent mundi omnia regn*

*o, ô miſeri,* Jovam *cum fulmina torqu*

*icquã horretis? cæcique in nubibus ign*

*cant animos, & inania murmura m*

*ſcens?*

*e* J*uſtitiam moniti, & perſolvite honore*

*les illi qui fœdera fulmine ſancit,*

*lammas* Jovis *& ſonitus temnatis* O

lympi.

*na parens frugũ fuit, & ditiſſima terra*

*Infecit* Baccho *vites, qui fertilis uva,* G. 2.
*Qui laticis qualem pateris libamus & auro* G. 2.
*Tunc lacus eſt ingens, vaſtaque voragine gurges,* 6.
*Qui piceas latices nigroque bitumine ſpiſſas* 3. G. 3.
*Cum gemitu eructat, fundoq; exæſtuat imo:* 3.
*Interdumq; atrã prorumpit ad æthera nubẽ:* 3.
*Quẽ ſuper haud ulla poterãt impune volantes* 6.
*Tendere iter pennis, talis ſeſe halitus atris* 6.
*Faucibus effundens ſupera ad cõvexa ferebat.* 6.
*Si qua forte lacum ſupra volitaverit ales,* E. 6.
*Hac præceps alta vitam ſub nube relinquit.* G. 3.
*Eſt etiam lacus hic ipſis non piſcibus aquus;* G. 3.
*Namq; hic innãtes vulgo moriuntur in undis,* 6. G. 3.
*Unde lacũ Hebræi dixerũt nomine* mortuum, 6.
*Has pice torrentes ſi quis ſpectaverit undas* 10.
*Juraret Stygii caput implacabile fontis* 12.
*Hic eſſe, atq; ipſas fauces graveolẽtis Averni.* 6.
Jordani *tamen hic fluvius ſe condit amœnus.* 8.
*Hic etiam cineres paſſim ſparguntur in agris,* G. I. G. I
*Relliquiæ ultricis flammæ, quos fulminis autor* 1. G. 1.
*In* Sodomã *(ut dixi) largo demiſerat imbre.* G. 1.
*Flammarũ immenſum cœlo ruit agmẽ ab alto,* G. 1.
*Perque domos victor, perque alta cacumina regnans* G. 2.
Mulciber *involvit flammis urbẽ, & ruit atrã* G. 2.
*Ad cœlum picea craſſus caligine nubem;* G. 2.
*Sic flamma ſuperante domus, cecidere ſuperba* 2. 3.
*Oppida, & omnis humo fumavit ſtrata* Gomorrha: 3.

*rerem fumumque abeunt fallacia poma.*
*ac in planitie qua montibus undique cin*
*cta eſt*
*quos fauces anguſta, aditusque malign*
*norumq; dolis valles & fraudibus apta*
ii *bellum dira cum gente gerebant.*
*quinque* Aſſyrio *parebant oppida regi*
*enis annis: ſed tandem infanda furent*
*ſſere jugum cives; frænumque recuſan*
*lius accipere, aut dicto parere tyranno.*
*erea in ferrum pro libertate ruebant.*
*ique illa magna poſitis incudibus urbes*
*novant tunc* Adma *potens*, Sodomæqu
*ſuperba*
boiin,*cum* Bela, *turrigeraq*; Gomorrh
*ina tuta cavant capitum, flectuntq*
*ſalignas*
*onum crates: alii thoracas ahenos,*
*leves ocreas lento ducunt argento.*

*Qui ſaltus* 26 Saranda *tuos, qui pingue* Syrorum 7.
*Littus arant, celeriſque bibunt qui Tygridis undas,* 7.7.
*Quique colunt latos pharetrata* Perſidis *agros*; 7.G.4.
*Omnes hi linguis, habitu quoque veſtis, & armis* 8.
*Diverſi convenerunt; pars maxima glandes* 7.
*Liventis plumbi ſpargit, pars ſpicula geſtat* 7.
*Bina manu, fulvosque lupi, de pelle galeros* 7.
*Tegmen habet capiti, veſtigia nuda ſiniſtri* 7.
*Inſtituere pedis, crudus tegit altera pero:* 7.
*His enſes falcati, illis ſunt aclides arma;* 7. 7.
*Hi tereti pugnant mucrone, illi horrida quaſſant* 7. 12.
*Pila manu, ſævoſque gerunt in bella dolones.* 7.
*Huic* 27 *pellis latos humeros erepta juvenco* 11.
*Pugnatori operit, caput illius oris hiatus* 11.
*Et mala texere lupi cum dentibus albis.* 11.
*Horridus in jaculis, & pelle lybiſtidis urſæ* 5.
*Hic incedit ovans, hic tergum immane leonis* 7. 5.
*Impexum ſeta, & præfulgens unguibus aureis* 7. 8.
*Induit, Herculeoque humeros obnubit amictu* 11. 7.
*Ille autẽ pharetra, & maculoſa tegmine lyncis* 1.
*Succinctus graditur famulus, comitantibus illis.* 1. 4.
*Tygridis exuviæ per dorſum à vertice pendent.* 11.

26 *Saranda* ſic dictus olim *Euphrates*, teſte *Plutarcho lib. de mont. & fluvin.* 27 Barbararum gentium milites in aciem prodituri, ſolebant ſe diverſarum ferarum pellibus veſtire, quo truculentiores hoſtibus viderentur. Vide *Alexandrum* ab *Alex. lib.* 1. *cap.* 10.

*De muris pavida matres radiantia l*
*Arma vident; ſtrepitumq; virum, ſ*
*que tubarum*
*Ardentesque timent pilis ſublimibus*
*Nec longis abſunt inter ſe paßibus*
*Ac ſimul* Aſſyrius *fumantes pulvere*
*Proſpexit longe,* Sodomæiaque *agmin*
*Et ſævum* Aſſyrium Sodomita *agnov*
*mis,*
*Adventumq; pedũ ſtatusque audivit*
*Continuo pugnas ineant, & prælia te*
*Ni roſeus feſſos jam gurgite* Phœbus
*Tingat equos, noctemque die labente*
*Conſidunt caſtris ante urbem & mæ*
*lant.*
*Poſtera cum primo ſtellas oriente f*
*Clara dies, lucem referens mortalibus*
*Campum ad certamen* 28 *magna ſub*
*urbis*

Inſtigant variis, juvenum exultantia tollit 11.5.
Corda pavor pulſans, pugnaq; inſana cupido. 5.6.
Inde ubi clara dedit ſonitum tuba, finibus omnes 5.
Haud mora proſiluere ſuis; pugna aſpera ſurgit. 5.11.
Vndiq; terribili fremitu concurritur, ambaſq; 9.G.4.
Implicuere inter ſe acies, ferit æthera clamor 11.5.
Bellantum armorumque fragor, gemituſque cadentum 12.2.
Pulveris eripiunt nubes cœlumque ſolumque 9.1.
Pugnantũ ex oculis, & telorũ horridus imber 11.12
Sanguinis interea rivus fluit; ipſa fluenta 1.12.
Jordanis recalent, & tantâ cæde rubeſcunt; 12.8.
Inq; auras volitat vapor ater ſanguinis; intus 5.
Matronæ trepidã incendunt clamoribus urbem 11.11.
Effunduntque preces; nulli exaudita deorum. 6.11.
Vota metu duplicant & cœlũ queſtibus implẽt 8.9.
Ilicet in muros totâ diſcurritur urbe. 11.
Obruta ſed telis tandem Sodomitica pubes, 9.1.
Nec tantã vim ferre valens, nec tendere cõtra 9.
Et numero inferior pugna, ſine honore recedit: 12.
Diffugiunt alii ad portas, & mœnia curſu 2.
Fida petunt, pars in puteos formidine turpi 2.2.
Volvuntur, quidã notis conduntur in antris; 2.
Saxa metu petiere alii, monteſque propinquos. 4.
Aſſyrii curſu pariter teliſque ſequuntur, 9.
Terga fatigantes haſtis; dant corpora letho 9.2.
Millia multa virûm, ſparguntque haſtilia dextris; 2.11.
Ætheraq; obſcurant: non denſior aëre grando 12.G.4

*n priſca fides, & ...*
*tur his ſolum domus omnipotentis* O-
lympi.
*incti fulgent patres, quæ maxima tur-*
*bæ eſt:*
Chriſti *ſocii bis ſeni luce coruſcant,*
*quos* Chriſtus *pulcherrimus ipſe reful*
*get,*
*ilis ubi Oceani perfuſus* Lucifer *unda.*
*ulit os ſacrum cæli; tenebræque reſolve*
*r noctivagos aſtrorum fulgurat ignes.*
*ue inter duodena flagrat Sol aureus aſtr*
*que pii Vates, & qui pro mœnibus alta*
*gnando occumbant* Solymæ: *innuptæ*
*puella*
*ic* Maria *ætherios ſupra Dea candida n*
*bos*
*eſte in ſtellata reſplendet* J*aſpide fulva*

# ;HRISTIADOS

## LIBER II.

### Argumentum.

ortuo *Abrahamo*, in filium *Iſaac Palæſtinos* concitat ,qui invidia puteos ejus obturant pulvere, ut ab ædi- )ne *Solyma* deterreant ; ſed *Deus* ei apparens pro- olim *Abramo* renovat, gemellos dat qui in utero ma- ıctando præſignabant diſſidium quod inter ipſos, & n poſteros futurum erat ; nam *Jacobum* minorem odio ıo inſequutus eſt *Eſau*, quare ſuaſu matris *Jacob* ad *num* ſe recipit, illique 26 annis inſervit ; *Deus* autem s illum conſolatur, promittitque *Chriſtum* ex eo ven- n, & *Babylonem* everſurum ; oſtendit illi ſcalam ſuper *Angeli* aſcendebant & deſcendebant ; exercitus *Ange-* ad illum tuendum mittitur ; cum *Chriſto* ſub forma *li* luctatur, victorque evadit, ſed poplite ab *Angelo* ıſſo claudicavit ; & *Pluto* in magnum diſcrimen *Jaco-* & filios conjicit ob raptam *Dinam Jacobi* filiam ; inde ıem luctu necaret, omnes fratres in *Joſephum* quem præ reliquis diligebat, concitat ; in puteum puerum ttunt, *Judas* illum vendit, qui tandem magnus in aula *nis* evaſit ob ſomniorum interpretationem ; pater )ecta tunica hædina ſanguine tincta occiſum credidit, : diu *Joſephum* luget ; filios in *Ægyptum* frumenta- mittit, quos *Joſeph* tandem in gratiam recepit. *Pluto* ea in *Jobum* ſævit, cujus hiſtoria deſcribitur ; omnia *Chriſto* applicantur.

ABramo *vitâ defuncto filius* Iſac 6.
*Succeſſit tanti patris non dege-*
*ner hæres.* 2.7.
*Ille* Palæſtinis *vexatus fraudi-*
*bus, Orci* 4.9.

*ıic gemına proıe conjux puıcberrıma pa*
*ıo eodemque tulit, ſed (quod mirabile di*
*eſt)*
*ıctantur pueri genitali matris in arvo.*
*vero prægnans genitrix enixa gemellos*
*atris majoris calcem prenſavit* Iacob,
*verò horrendum ac viſu mirabile ferri.*
*amque fore illuſtrẽ fama; fatiſq; caneb.*
*nſulti reſponſa Dei; claramque futura*
*ogeniem, totum qua ſub juga mitteret or*
*regeret* Solymas *æterna in pace futuras*
*inc bellũ aſsiduum geſsit cum gente* Jacc
*ogenies* Eſau, *& ſtimulis agitavit* Edom
*:x* Erebi *inſidiis ut fratrẽ tollat inerme*
*ec latuere doli fratrem pellacis* Edomi.
*am quando æquali cum illo pubeſceret æ*
*ille dolos verſans crudeli in pectore, quær.*
*ſontis fratris, quam primum abrump*
*vitam*
*oc metuens* Rebecca *parens pulcherrim*

*Paruit; & rapido curſu contendit ad* Haran 4.5.
*Hicque ſub injuſto domino ſervire coactus* G.3.A.2.
*Bis denos annos odio rectoris Averni.* 1.8.
*Armentis tamen & gregibus ditiſſimus, atque* G.3.A.7
*Fœlix prole virum bis ſena evaſit, & illi* 6.5.
*Apparens dominus permulſit pectora dictis.* 3.5.
*Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis* 9.
*Inquit, & innumerā ſobolē, turresque* Sionis; 6.8.
*Polliceorque tuo venturū è ſemine* Chriſtum; 1.1.
*Qui* Babylon *ſpoliabit ovans, populosque feroces* 11.1.
*Contundet, moreſque viris, & mœnia ponet.* 1.
*Dumque iter accelerans curſus detorquet ad* Haran, 1.4.
*Horrida nox operit terras humentibus umbris.* 4.
*Jamque ſuper lapidem ſub dio feſſus* Iacob G.3.
*Carpebat dulces ſomnos. rex ætheris alti* G.3.A.12.
*Oſtendit ſcalam cœlo caput uſque ferentem.* 2.9.
*Quam ſupra aſcendunt deſcenduntque agmina denſa* 2.2.
*Cœlicolum; Deus ipſe in vertice conſtitit, omnem* 3.5.
*Deſpiciens terrarum orbem, pontumque profundum.* 4.5.
*Sic viſus Deus ante oculos adſtare jacentis* 3.
*In ſomnis multo manifeſtus lumine, quo ſe* 3.
*Spectandum* Abramo, *fidiſque nepotibus olim* 2.6.
*Obtulit, & pura per noctem in luce refulſit.* 3.2.
*Tum ſic affari, & curas his demere dictis:* 3.
*Diis genite, & geniture deos; tibi mœnia feſſo* 9.3.

re ſoim ... ...
m quocunque fugis comes ire recuſo. 2. 4.
go, longumq; fuga ne linque laborem ; 1. 3.
de malis, ſed contra audentior ito ; 6.
atria incolumem reddam, multosque per annos 8. 1.
et fortuna domus, ſtirps magna nepotũ G. 4. A. 6
idet gentes, & aves numerabit averũ, 1. G. 4.
& ignitis cœli ſe condidit aſtris. 2.
eni ſomnũ rupit pavor, oſſaq; & artus, 7.
dit toto proruptus corpore ſudor. 7.
ue orbem medium nox horis acta ſubivit 3.
ſomno excutitur juvenis ; ceu fœmina primum 2. 8.
lerare ſolo vitam tenuique Minerva 8.
itum, cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes 8.
m addens operi : famulasque ad lumina longo 8.

*Et cœli porta eſt. ô quam venerabilis! Ecce* G.3.A.6
*Hic* Deus *(haud adverti.) habitat* Deus; 
*haud mora ſaxum* 8. 6.
*In quo cervicem poſuit dum nocte quievit* 3. 4.
*Tollit humo, ac lucem quum primum albeſcere vidit,* G.3.A.4
*Pingue oleum ſuper infundens tibi* Jova *ſacravit* 6. 6.
*Effuditq; preces dominumq; in vota vocavit:* 5.
*Omnipotens genitor precibus ſi flecteris ullis,* 10. 2.
*Reſpice nos, hoc tantum, & ſi pietate meremur* 2.
*Da deinde auxilium Pater, atque hæc omnia firma,* 2.
*Et famulũ comitare tuum; tege corpus amictu;* 6. 8.
*Suffice jam profugo cerealia munera quæſo;* 1. 1.
*Sic eris ipſe mihi ſemper* Deus, *atq; tuam arã* Ec. 1.
*Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus.* Ec. 1.
*Sique meum comiteris iter, dum finibus exul* 6. 1.
*Excedo patriis, meque in mea regna remittas.* 2. 2.
*Non tantum Pater alme tuum dicemus honorem* G. 2.
*Carminibus patriis, lanceſq; & liba feremus.* G. 2.
*Et multa ante aras noſtra cadet hoſtia dextra:* 1.
*Sed decimis, variiſque onerabo limina donis;* 10.
*Et lapis hic teſtis præſentis Numinis eſto,* 12. 1.
*Æternumque locus nomen* Bethelis *habeto.* 6.
*Hæc Scala eſt* Chriſtus, *cujus cæleſtis origo eſt* 6.
*Ingrediturq; ſolo, & caput inter nubila cõdit.* 4.
*Hic cælum, terramque æterno fœdere junxit.* 1. 12.
*Cælicolæ magni ætheriis labuntur ab aſtris* 10. 5.

Ad

Chriſte *ut per te ſuperem faſtigia cœli ;*
*nitar gradibus meritorũ invicte tuorum*
*gere ſit mihi fas Divorũ limina, duc m*
Chriſte *ad Patrẽ ; jubeas diſcedere la*
*ila , quo greſſus mea mens cœlo infe*
*alto ;*
*e cum triſti circumvolitaverit umbrâ*
*rida nox, condetque natantia lumina ſ*
*mnus :*
*nihi fas illam tecum requieſcere noctem*
*ſuper, tu namque lapis de monte revulſ*
*no nos placida laxamus membra quiete*
iſtiadæ, *in mortis tenebris & Sole caden*
*imque reviſurus patriam ſedesq; patern*
des, *molitur iter cum conjuge chara,*
*famulis, natiſque* 30 *penatibus, & m*
*gnis diis.*

| | |
|---|---|
| *unt , clypeique micantia fulgura* | |
| *ittunt.* | 8. 9. |
| *aries ollis, atque aurea caſsis ;* | 8. |
| *ucent ſagulis : tum lactea colla* | 8. |
| *ctuntur, duo quiſque horrenda co-* | |
| *uſcant* | 8. |
| *n, ſcutis protecti corpora longis.* | 8. |
| Iſacidæ *metuenti iramq; minisque* | 12. 8. |
| *fratris, cælo demiſit ab alto ;* | 1. 1. |
| *levare virum, vimq; addere juſsit.* | 2. |
| *u ac juſsi faciunt, tutantur inermē,* | 3. 7. |
| *vires, animiſq; audacibus implent ;* | 2. 7. |
| *caſtris adhibent, & fœdera firmant.* | 8. |
| *æli proceres, divinaque tela* | 9. |
| *avaſque comas, oculoſque micantes ;* | 4. |
| *dedit dubia menti, ſolvitq; timorē ,* | 4. |
| *e ingens cæleſtum exercitus, hic eſt* | 7. 12. |
| *ſomnis ſervat noctesque diesque.* | 6. |
| ıæ *muros denſa cinxere corona ;* | 10. |
| *portis, & turribus omnibus inſtant* | 10. |
| *ade hoſtes, & cingere mœnia flam-* | |
| *mis,* | 10. |
| *noſtras tutantur ab hoſtibus urbes,* | 7. |
| *culis , quam qui certant defendere* | |
| *axis ;* | 10. |
| *ignem, nervoque aptare ſagittas.* | 10. |
| *, hi quadrupedes quos montibus olim* | 3. 3. |
| iſæus *ſpirantes naribus ignes ;* | 7. |
| *unc terrificos, ſonitumque, metūque,* | 8. |
| *vates, flammisque ſequacibus iras ;* | 8. |
| *ucentes late candore nivali* | 2. 3. |

*um* Chriſto *lapſi ſunt athere ab alto;* 2. 12

*vitam in terris mortales inter agebat.* G. 2.

*ıam abſint tales comites mihi maxime rerum* 2. 7.

*vivo, nec cùm lucem hanc hominesque relinquo.* 6. 1.

*e trans pontum incolumem tot fluctibus actum* 10.

*t optatis patriæ cæleſtis in oris.* 2. 1.

*ua mens cõtra ventura pericula nondũ* 6. 3.

*e firmata ſatis; venit armiger ales* 12. 1

*o flagrans clypeo & cæleſtibus armis.* 12.

*is facie, genitor quem miſit ab alto* 9.

*tum, utque viro vires animumque miniſtret;* 9.

*a cælicolæ ſimilis; vocemq; coloremque,* 4.

*resflavos, & ſæva ſonoribus arma.* 4. 9.

*ıs ex humeris ſonat arcus, & aurea*

*leſcit radiis, longéque refulget.* 8.
*ocreas electro auroque recocto,* 8.
*e & clypei non enarrabile textum.* 8.
*ggreditur nudus, jamq; Oceano nox* 6. 2.
*fuſcis tellurem amplectitur alis.* 8.
*eventus varios in corde volutat* 10. 6.
*atrē metuens,* Jabbochis *ad undam* 6. 6.
*er viridi, gelidique ſub atheris axe* E. I. A. 4
*dulci declinans lumina ſomno;* 4.
*m Aligeri denſa incluſere corona.* 12.
*è medio poſitis dux Aliger armis* II. I.
*ocedit, ſocii venerantur euntem.* 12. 9.
*bonos, oculis decor emicat ingens.* 4. I.
*lis radii fulgentia cingunt* 12.
*caſaries divinum ſpirat odorem.* 12. I.
*Princeps aciei cœleſtis* Ieſus, 9.
*s belli praſes,* Mavortius *Heros,* II. 3.
*rū noſtri generis & ſanguinis edet* Ec. 8.
*venerit luſtris labentibus atas;* I.
*ſola eſt* Lucinæ *experta labores.* G. 4.
bramidas *quiſquā de gente* Jacobi 6.
*ſpe tollet avos;* Judæa *nec olim* 6.
*tum tellus jactabit alumno.* 6.
*c eſt tibi quē promitti ſapius audis* 6.
*c divum genus eſt; hic aurea condet* 6.
*ui* Solymæ *ſuper extremos* Gara-
antas 6. E. 8.
*que,* Arabum*que ſolum, & deſer-*
Getarum G. 2. G. 3
*ignotas* Indorum *extendet ad oras* 6. G. 2.
*i populi, multi ſua qui bona norunt* 7. G. I.

Numidæ *infrani agnoſcunt,* & *inhoſ*
Syrtis,
*conjurato deſcendens* Dacus *ab* Iſtro.
*e triumphantis capitolia ad alta* Sioni
*ictor agit currum ſpoliis inſignis opimis*:
*uet ille urbes inimicorumque phalanges*
*ſosque* 31 Eumenides *genus ignipotentis*
*verni,*
*ltus avos* Judæ, *templa* & *temerata*
hovæ.
*ic rem* Chriſtadū *magno turbante tum*
*ſtet orans, ſternet Turcas, Indumq; rebe*

31 *Eumenides* hic maſculini generis facio, eâde
*rgilius Venerem* & *Alecto* Deos vocat: Deſcen
eo, *Aen.* 2. Nec dextra erranti Deus abfuit, id e
ivit enim doctiſſimus Poëta, *Venerem* eſſe ſemen
potentia, tam mas, quam fœmina. Et cùm *Al*
alus, non decuit ille ſemper fœmineo ſexui alli
ëtæ alii faciunt; fortè quia maligni ſpiritus h
us aſſumunt quam virilem: *Aen.* 3. ſunt illis v
c *Aen.* 7. *Alecto* in vultus ſeſe transformat mile
nonis avis anus, &c. Hic autem per *Eumenide*

*traque arma patri ſuſpendit capta tonanti.* 11. 6.
*n tu urbem* Solymam *cernes? qua ſurgere regna* 4.
*ub rege pio?* Judæ *comitantibus armis* 4.
tiadum *quantis ſe tollet gloria rebus.* 4.
*ego* Getulis *agerem ſi* Syrtibus *exul,* 5.
licove *mari deprenſus & urbe* Mycenæ: 5.
*mecunque vocent terra ſub Sole jacentes,* 1. G.2.
*er honorabo, ſemper venerabor* Ieſum: 5. 3.
*lem pro me meruit qui morte coronam,* 5.
*rbo hoſtiles proſtravit victor acervos.* 3. 8.
*mque virum aggreditur, timidoque ſupervenit illumque* 4. Ec.6
*at ad pugnam; ſubitus tremor occupat artus* 2. 7.
midæ, *& campo paulatim excedere tentat,* 9.
*re terga fuga, verum acrius Aliger inſtat* 9. 9.
*ius, & ſtimulat; vires quoq; ſufficit illi,* 9.
*Sit contra tantum ſubſiſtere numen,* 9.
*im ferre, ergo poſtquam lux reddita menti eſt* 3. 12.
*uſſaque umbra, ſe pugnâ accingit inermis.* 12. 11.
*itit in digitos ex templo arrectus uterque* 5.
*biaque ad ſuperas interritus extulit auras;* 5.
*iſcentque manus manibus, pugnâque laceſſunt* 5.
*ertere oculos proceres radiantis* Olympi, 12. 8.
*aq; depoſuere humeris, & ſcuta reclinãt* 12.

Et

*ntur ripa, du Christus ...*
*gramineis exercet membra palæstris.*
*œlum terramque vident, hominemque Deumque*
*ſe coiiſſe acri certamine; verum*
*alis contra tantas ſubſiſtere vires*
*otuit, ſi non vires Deus ipſe dediſſet?*
*que inter ſeſe multâ vi verbera miſcent.*
*verò pudor & virtus miſcentur in unum*
*itat ira animos, quatit æger anhelitus artus;*
*m illam noctem ripa luctantur in alta,*
*ue alternantes ſe verſant æquore toto:*
*unc hic, nunc ille jacet revolutus arena;*
*ue omni cura vires exercet uterque.*
*eps lucta diu, tandem victoria ceßit*
*idæ, at valido nervum ferit Angelus ict*
*...aditur nõ paßibus æqu*

*facilis palmam certaminis hujus.* 5. 5.
*um vicit tua dextra invicta potentē,* 6. 6.
*as, homines frænabis lege rebelles* 4. 1.
*i ingentes quatiens clangoribus alas* 3.
*d ætheriū* Michaël *ſublimis* Olympū. 11.
*iter* Chriſtus *dura cum ſtirpe* Jacobi 1. 9.
*s fuerat vario certamine, donec* 6. 5.
*t victus vi multâ & vulnere crebro.* 9. 5.
*' victa voluit ſuccumbere genti;* 8. 4.
*m accipere, & legi parere cruenta.* 12.
*n infælix fuit hæc victoria* Judæ; 1. 12.
*enus læſo gens claudis paſſibus errat* 5. 2.
*fugiens, & regnis exul ademptis;* 8.
*otas, deſertaque littora quærit.* 1. 3.
*i* Phœbæa *luſtravit lampade terras,* 4.
*mq; aurora polo dimoverat umbrā;* 4.
*ns ſociis, & proſpera cuncta precatus* 5. 3.
*elerē, liquidumque per aëra tendens,* 6.
*ptatis cæli conſedit in arce.* 6. 1.
ito *nondū patiens, immanis in antro* 6.
*er ſtygio, furiasque emittit ad auras* 6. 7.
*dis verſare domum ſenioris* Iacob 7.
*ſ unanimes armare in prælia fratres;* 7.
*ans ratione piam ſubvertere gentem.* 4. 3.
*tres animoſa phalanx, accenſaq; luctu* 12.
hemis Dinæ *auderet violare pudorē* 4.
*dios ſtringit manibus, pars corripit haſtas* 12.
*ines amor unus habet decernere ferro* 12.
Dinam, *& ſceleratas ſumere pœnas.* 2.
on *cū fratre* Levi *juvenilibus armis* 2.

Ac-

*he accepto, dum circumciditur omnis*
*lato ferro, gentis de more* Jacobi.
*ntur vigiles, ſternuntur inertia paſſim*
*ra ; rex* Hamor *qui fortè tapetibus altis*
*ectus, toto proſtabat pectore ſomnum.*
*on & Sichemim, & multam ſine nomi*
*ne plebem*
*nt , & rabidi incenſa dominantur in*
*urbe.*
*ror ardentes, cadisque inſana cupido*
*in incautos cives, ſtratisque jacentes,*
*ob noxam raptumque ſororis honorem.*
*nature non effugiſſet* Iacob
lem Jovæ *monitu, cum prole cruenta,*
*ius ille dies patri generique fuiſſet.*
*variis portenta Dei terroribus obſtant,*
*ce finitima gentes, ferroque ſequantur*
midas *(dum urbe excedunt & tuta ca-*
*peſſunt)*

| | |
|---|---|
| *Aſt illi dum fortè quies inopina per artus* | 5. 2. |
| *Serpſerat, ex templo reſerata eſt janua ſomni* | 2. 12. |
| 32 *Cornea, quæ veris facilis datur exitus umbris* | 6. |
| *Ecce videt ſtellas, & vos clariſſima mundi* | G. 1. |
| *Lumina, labentem cœlo, quæ ducitis annum* | G. 1. |
| *Suppliciter ſemet venerari, atque inſuper illi* | 1. 3. |
| *Triticeos in agro fratrum cecidiſſe maniplos.* | G.1.G.3 |
| *Hoc viſum ut primum narravit fratribus, omnes* | 4.2. |
| *Ira indignantes, ſtimuliſque agitantibus atra* | 1. 11. |
| *Invidia inſontem ſtatuunt opponere morti.* | 11. 2. |
| *Poſtea dum fratres paſtores viſeret, illi* | 2. |
| *Unius in miſeri conjuravere ruinam* | 2. 8. |
| *Horum jam dudum peſtis ſcelerata per artus* | 5. 2. |
| *Serpſerat invidia, quam* Pluto *à ſede ſororum* | 7. 7. |
| *Dirarũ emittens ſuperas jubet ire per auras.* | 7. 4. |
| *Scilicet hoc metuens ne mœnia conderet urbis* | 4. 12. |
| Joſephus, *quem mille dolis oppugnat, & arte.* | 2. 5. |
| *Sed* Ruben *cujus melior ſententia menti* | 2. |
| *Commaculare manus fraterna cæde vetabat* | B.8.A.2 |
| *In puteum potius vicinum immittere ſuaſit* | 7. 10. |
| *Liberat ex puteo, atque argento vendit* Iudas | 7. 1. |
| *Inſontem*; Madianitæ *mercantur, & illum* | 1. |
| *In terram* Ægypti *ducunt, dominoq; potenti* | G.4.A.6 |
| Putiphero *vendunt.* | 6. |
| *At fratres hœdi merſere in ſanguine caſi* | 6. 8. |
| *Virgatam pueri tunicam, patrique* Jacobo | 8. 7. |

32 Cornea porta ſignat corpus à ſordidis & craſſis humoribus liberum, & quaſi translucidum, in tali corpore ſomnia ſunt vera & perſpicua. Eburnea verò denotat craſſum corpus & crapula oppletum, ubi ſomnia turbida, obſcura, falſa.

Oſten

necta

Sera mea requies, potuiſti linquere ſolu
Crudelis, nec te ſub tanta pericula miſſi
Affari extremum miſero data copia patr
Heu terrá ignota canibus data præda ve
Alitibusve jaces; potiuntur corpore tygre
Forſitan immanes, non te tua funera ma
Produxit, preßitve oculos, aut vulnera l
veſte tegens, qua nunc artus avulſaq; me
Et funus lacerum tellus habet? iſta ſene
Debita ſors noſtra eſt. ô tu ſanctiſſima co
Felix morte tuâ, neque in hunc ſervata a
rem,

ontra ego vivendo vici mea fata ſuperſtes
t genitor reſtarem. ô terque quaterque be
ueis ante ora patrum patria ſub mœni
altis

tigit oppetere; his etenim defuncta ſepulc
rpora mandantur; ſed tu chariſſime fili
dus in ...

*bus eſt vita ; facilis jactura ſepulchri.* 10. 2.
*rea non hac magno ſine numine* Jovæ 10. 2.
*iunt ; quin & ſtygios regna invia vivis* 2. 6.
*iam lucos, natumque Acheronte ſub imo* 6. 7.
*or rurſus ; non vita gaudia quæro* 7. 11.
*as, ſed gnato Manes perferre ſub* 33 *imos.* 11.
*atus trepidante manu diſcidit amictus* 5. 12.
*re reſperſus, pilisq; hirſutus* 34 *equinis* 8. 10.
*tum flevit multos ex ordine menſes.* G. 4.
ſephum *interea domui præfecit, & illi* 6.
*n commiſit famulorũ* Putiphar *omnem.* 9.
*at inſigni facie, vultuque decoro ;* 9. 12.
*amore fuit turpique cupidine capta* 5. 4.
Putiphari, *noctesque diesque ſequuta* 6.
*s concubitus pueri, ſolvitque pudorem ;* E. 6. A. 4
*utem nullis precibus pretiove movetur,* 4. 9.
*las violet, vel ſolvat jura pudoris.* 4. 4.
*immota manet, lachrymæ volvuntur*
*inanes.* 4.
*ſtquã miſera verſavit in oſſibus ignem* G. 3.
*s amor ;* Pluto *furiarum è crinibus an-*
*guem* G. 3. A. 7
*cit, inq; ſinũ præcordia ad intima ſubdit* 7.
*iter veſtes, & lævia pectora lapſus* 7.
*tur attactu nullo. fallitque furentem,* 7.
*iam inſpirans animam, fit tortile collo* 7.
*m ingens coluber, fit longa tænia vittæ* 7.
*litque comas & membris, lubricus errat.* 7.

Ad hunc fere modum *Philo Judæus Jacobum* lugentem in-

34 Cilicium intelligo cum *Eugubino* in recognit. *Pen-* de pulvere in textu non fit mentio, mos tamen fuit aſpergere in magnis doloribus.

*nore implevi, nec voci iraque peperci.*
*autem trepidans aufugit veſte relicta.*
*bus inſidiis, perjura & conjugis arte*
*ita res, captuſq; dolis, lachrymiſq; coact.*
phar *inſontem vinclis & carcere frænat.*
*hac* Egypti *viridis qui præſidet arvis*
*minis ſeptem præſtanti corpore vidit*
*entes per prata boves, & plena ſecundum*
*nina, muſcus, ubi & viridiſsima gram*
*na ripa;*
*totidem macie tenuatas, quæque priores*
*ipuere fame rabida; tunc cernit in agro*
*num qui ſeptẽ gravidis procumbit ariſta*
*alium; hic ſeptẽ ſpicas produxit inanes*
*ibito ſeptem pingues abſumpſit ariſtas.*
*rex ſollicitus monſtris reſponſa deorum*
*ſulit, &* Phœbi *ſcitatum oracula mittit*
*vatũ ignara mentes, nihil augur* Apoll
*reſponſa valent conſulti reddere vates.*

*ater omnipotens, aperitque futura ;* 6.
*t ; non ille notas & nomina mandat* 3.
*ſ, impellit quos verſo cardine vētus,* 3.
*turbat volitantes janua ; non hic* 3.
*s canit ambages, antroque remugit* 6.
*alſa involvens ; fruiturve deorum* 6. 7.
*alloquio : ſed veri Numinis aura* 7. 6.
Joſeph *oracula vera canebat.* 6. 2.
*r Fama impulſus Rex carcere vatē* 10. 1.
*educit. manicas atq; arcta levari* 8. 2.
*et* Pharo, *dictiſq; ita fatur amicis :* 2.
*es (amiſſos hinc jam obliviſcere pa-*
*res)* 2.
*s ; mihiq; hac ediſcere vera roganti,* 2.
*nent qua me ſuſpenſum inſomnia*
*rrent ;* 5. 4.
*, vocemque volens atque ore reſolve.* 3.
*s adii, precibuſque oraclâ petivi,* 3.
*Deum referens, qua ſit ſententia*
*ſcens,* 3.
*animum reſponſis ludit* Apollo ; 6.
*les* 36 Phœbo , *nulla eſt prudentia*
*ati.* 3.
*narrat* Joſepho *inſomnia bina.* 6. 6.
*verum, poſita formidine, ſenſum* 2. 6.
*, ſeptem venturos edocet annos* 3. 10.

a à *Deo* in ſomnis monſtrantur : nam vera inſom-
iunt. καὶ γὰρ τὸ ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. 36 Præ-
iorum Dii fuère *Serapis*, *Oſiris*, & *Iſis* ; diverſa no-
numinis : ſic apud *Græcos* & *Romanos*, *Apollo*, *Phœ-*
utrobique tamen idem *Deus*, nempe *Sol*, cujus ora-
conſulebant : inde *Macrob. Saturn. l. 2. c. 20. 21.*

*protenauns ſpica ...*
*( inquit ) frumenta legas tectisque* 1
*reponas,*
*ılcos onerat proventus & horrea vincit* G.
*aque famis memores, dum exuberat* G.
*annus*
*ıus, & pecore, & cerealis mergite culmi.*
*nt qua noſtra liceat te voce moneri.*
*oſtquam vates ſic ore effatus amico eſt,*
*nplo variis cumulatur honoribus, auro :*
*innectuntur, digitus circundatur auro :*
*ine carbaſeo induitur, curruque ſecundo*
*ehitur populo votis plauſuque fremente.*
*ui jam dudum fuerat compagibus arctis*
*rro incluſus, regni molitur habenas.*
*ra jam Cœli, jam Sol, frugumq; manipli*
*ctis oculis hoc ſanctum ſidus* 37 *adorant.*
*n veſana fames patrem natosque ſubegit*
yptum *petere, & terras tentare repoſta*
*em contempſerunt olim, venerantur,* C

Suppliciter culpam agnoſcunt, veniamque pre-
cantur 1. 1.
Præcipue Judas lachrymis pro fratre minore 1. 9.
Effuſis, quem tum tenebris vinclisque tenebat G. 4.
Joſephus, propter cratera in folle repertum. 9. 6.
Ille humilis ſupplexque oculos, dextramque
precantem 12.
Protendens; equidẽ meruit, nec deprecor, inquit 12.
Utere ſorte tuâ; miſeri te ſi qua parentis 12.
Tangere cura poteſt oro miſerere ſenectæ, 12.
Et juvenem incolumẽ patriæ patrique remitte; 8. 2.
Quẽ jam conficiunt curæ, turbataque mens eſt 11. 11.
Funere Joſephi; gravior ne nuntius aures 8.
Vulneret, & cogat crudelẽ abrumpere vitam. 8. 8.
Nam ſi non reducem videat, periiſſe putabit. 2. 3.
Tende mihi potius vim duram, & vincula
capto. G. 4.
Flebat Joſephus, nec ſe celare volebat 3. 9.
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem; 9.
Fraterno aſt animum ſupplex ſubmiſit amori; 4.
Oblitus ſcelerum cunctorum ignoſcit, & ultro 4. G. 4.
Solatur lachrymas verba inter ſingula fundẽs 1. 3.
Et fratrum factis contraria facta rependens. 1.
Namque omnes variis affecit honoribus, atque 5. 11.
Complexus patris lachrymans colloq; pependit; 3. 1.
Quem proprio vectũ curru deduxit in aulam. 12. 4.
Haud aliter Chriſto Solymæas invidet arces 1. 4.
Gens Iudæa hodie; ſic olim invidit honori 10. 5.
Cœlitus oblato; Judas hunc vendidit, omnes 12. 6.
Fratres in exitium conſpiravere, ſepulchri 8. 7.
In fovea abſcondũt; ſed rerũ maximus autor G. 3. A. 9

ætherios perrumpet candidus orbes
ato invectus curru ; tunc maximus orbis ]
Dominum agnoſcet ; quin & ſtirps ipſa Jacobi
n adorabit, quod jam contemnit & odit.
pis 38 Edomææ Jobus quoque mœnia celſa
bat Solymæ, quē Rex Acherontis avari
bus invidia petit implacabilis ultro.
erat ſervans æqui, & juſtiſſimus unus,
uit, Auſitidiſque olim ditiſſimus arvis.
que 39 greges illi balantum, quina redibant
enta, & terram centum vertebat aratri
ſeptem natos, Veneris tot præmia norat;
es præterea excellentes corpore natas.
tis ille bonis patriis florebat in agris
ſenior, placidaque ſuos in pace regebat.

*ſubito fortuna fidem mutata fefellit* 5.4.
*re ſuo, namque eſt varium & mutabile*
*ſemper.* 4.
*m fratres læti inter ſe convivia curant.* G.1.
*nere dum duro ſubigebant arva coloni,* G.1.
*tibus in vacuis aſinæ dũ gramina tondent,* G.3.A.3
*e impacata gentes venere* Sabææ, G.3.A.8
*a vectare ſolent prædas, & vivere rapto;* 9.
*ertuntque aſinas, cæſis cuſtodibus, omnes;* 8.2.
*jue boum armenta, & præſtanti corpore*
*tauros.* 8.
*ducuntq; omnes forma ſuperante juvencas,* 8.
*mq; pater media nimborũ in nocte coruſca* G.1.
*mina molitur dextra, quo maxima motu* G.1.
*ra tremit, ruptis geminantur nubibus*
*ignes:* G.1.A.3
*antum periere greges, oviumque magiſtri.* G.1.E.2
*terea,* Chaldæorum *gens ſæva colonos* 6.
*m ſuperat ferro incautos, abigitq; camelos.* 1.8.
*iper, adverſi rapido dum * turbine venti,* 2.
*fligunt,* Zephyruſ*que*, Notuſ*que*, *& latus*
Eoïs 2.
us *equis: celſis horrendo murmure tectis* 2.3.
*vbuere ſimul, totamque à ſedibus imis* 1.
*rtere ædem, quæ natos obruit omnes* 11.6.
*m vino indulgent; & ſciſſa veſte* Jobabus 9.12.
*orum attonitus fatis, ædiſque ruinâ;* 12.
*itiem immũdo perfuſam pulvere turpans.* 12.
*c dextra crinem ſecuit, terramque petivit* 47.
*miſſus, taleſque effudit pectore queſtus:* 3.6.

Huic tempeſtati ſe immiſcuit Satan.

a monitat imperium unius regis: omnia par
andatis Rex magne tuis, quæ utrumque
currens
canū extremo Phœbus deſpectat Olymp
go tuū vivat magnū & memorabile no
Sed non contentus pœnas traxiſſe per iſt.
regium pietate virum regnator Averni;
um divum domus alta patet, dum
ardūus ipſe
dereis tectis hominum ſator atque deorum
ncilium aligerum cæli intra limina cogi
urea; conveniunt tectis bipatentibus olli,
ter quos Satanas dirarum à ſede ſororum
pparet, quatiens ventoſas horridus alas.
iſtius haud illo monſtrum, nec ſævior ul
ſtis & ira Dei ſtygiis ſeſe extulit undis.
ic quamvis cæca tenebrarū regnet in au
ıde metū & triſtes morbos mortalibus a
lethum & curas emittit, & horrida bel
ttamen hinc quoties rex annuit ætheris al

Hic Iovis ad ſolium, ſummiq; ad limina regis 12.
Accedit, magnâq; incuſat voce 42 Jobabum; 12.
Criminibusque novis cumulat, pœnasque re-
poſcit 2.2.
Immeritas, colit hic (inquit) te pectore ficto 3.2.
Atque inſyncera veneratur mente tonantem G.3.A.3
Nempe illum vallo cinxiſti & mœnibus altis; 9.1.
Sin aliquē infandum caſum, triſtesque ruinas 8.1.
Immittas, cernes quod te execrabitur, ergo 1.3.
Pace tuâ liceat vires tentare Jobabi. 10.4.
Annuit, & totum nutu tremeſcit Olympum 10.
Omnipotens, veniamque dedit corrumpere
corpus 11.G.3.
Vlcere, & horrentes papulis ardentibus artus. G.3.
Ex templo Satanas deſcendit ab æthere ſummo 2.12.
Ecce volans, celerique ad terrā turbine fertur. 12.
Non ſecus ac nervo per nubem impulſa ſagitta 12.
Armatam ſævi Parthus quam felle veneni 12.
Parthus, ſive Cydon telū immedicabile torſit 12.
Stridēs, & celeres incognita tranſilit umbras; 12.
Sic talis rex nocte ſatus demiſſus ab aſtris 12.5.
Se tulit ætheriis, aurasque everberat alis, 12.
Fertque refertque ſonans Iobi ſe peſtis ad ora. 12.
Illi membra novus ſolvit formidine torpor, 12.
Vt procul horrendum ſtridorē agnovit, & alas 12.
Arrectaq; horrore coma, & vox faucibus hæſit. 12.
Continuo eſt alius color ægro, atque horrida
vultum G.4.

42 προϋπῆρχεν δὲ αὐτῷ ὄνομα Ἰωβὰβ, &c. LXX Interpretes in fine lib. Job. Vide Theod. 9.92. in Geneſ.

on magnanimo ...
n animum invictum tabenti in corpore 6.4.A.1
. verſat,· 10. G.
dens inter cineres; & olentia tabo
ibra fricans teſtâ, interea tres ecce ty- G.3.G.
ranni 6.G.
enere modis cernunt ſqualentia miris 8.G.
viri, & triſti tenuatum tabe cadaver
miſere omnes lachrymas, gemitumque de- 6.1
dere;
ſcinduntque humeris veſtes, & pulvere 5.
turpant 1
cius immundo comptos de more capillos. 2.
unc ſeptem ſiluere dies noctesque dolentes 6.
rudeles pœnas, caſumque inſontis amici.
ed nulli propius poterant accedere ad illum
Aut conferre gradū; talis ſeſe 44 halitus atris
...ffundent ſupera ad convexa ferebat
... ore Iobo,

*am ſcelerũ falſo incuſant, & tanta merentẽ* 2. 2.
*upplicia expendiſſe ferunt; tamen optimus heros* 6. 2. 9.
*Haud ulli veterum patrum virtute ſecundus,* 11.
*Viribus invictis, animiſque ingentibus iras* 6. G. 4
*Pertulit; & faſtũ ſociorũ, atq; aſpera verba.* 3. 2.
*Irrita ſed poſtquam ſuperavit jurgia regum* 11. 6.
*Atque ſuperba tulit faſtidia conjugis, atque* E. 2. 12.
*Amiſſos natos, & opes & regia ſceptra:* G. 4. A. 7
*Armatum furiis Satanã, & ſerpentibus atris* 4.
*Subjecit pedibus; victori præmia reddit* G. 2 A. 5
*Tres pater omnipotens forma ſuperante puellas* 6. 8.
*Quas multa ardentes vicina per opida matres* 1. 11.
*Optavere nurus, natos ſeptem addidit illi,* 11. 6.
*Et natos natorum, & qui naſcentur ab illis.* 1.
*Amiſſas duplicavit opes, armenta, gregeſque* 8. 1.
*Argentum atque aurum, ac annos; nec tarda ſenectus* 10. 9.
*Debilitat vires animi, mutatve vigorem* 9.
*Et tandem placida compôſtus pace quievit.* 1.
*Sic* Chriſtus *ſæva invidia pellacis* Iudæ 11. 2.
*Afflictus vitam in tenebris luctuque trahebat* 2.
*In quem turbati* Abramidæ, *ſimul omne tumultu* 8.
*Conjurat trepido* Latium, *ſævitque juventus* 8.
*Effera, tunc falſa ſub proditione* Latini 8. 2.
*Inſontem infando indicio, quia vera docebat* 2. 3.
*Demiſere neci. duros (heu!) mille labores,* 2. 8.
*Pauperiemque, famemq; tulit, tũ juſſa ſuperba* 6. 12.
*Conjugis* Hebrææ; *ſociorum nullus* Ieſum 3. 2.
*Audet adire, omnes potuerunt linquere ſolum* 5. 9.

*tui atque de ligno pendebant pallida tabo.*
*ltant hoſtes, atque impia jurgia jactant,* 2
*quicquam* Chriſti *mortem miſeratur ini-*
*quam.*
*tamen ſævi vim totam pertulit hoſtis* 3
*diamque odiumque hominum, & ludi-*
*bria fratrum.* 1
*bus invictis, ſtrepitumq; fremẽtis Averni* 11
*jecit pedibus; quin atri limina Ditis* G.
*upiit, regemque incendia vana vomentem.*
*pit in nodũ complexus, & angit inhærens*
*os oculos, & ſiccum ſanguine guttur.*
*Pater omnipotens nati duplicavit honores*
*ue inſignivit radianti tegmine lucis.*
*caput tonſa foliis ornatus Oliva.*
*tra tenens mundi, & fulgentia vulnera*
*portans,*
*identi curru nebularum aſcendit ad aſtra*

# HRISTIADOS

## LIBER III.

### Argumentum.

io & *Joſepho* mortuis, Satan ab *Iſraëlitis* alienat *Pha-* ıimum, quibus gravia penſa imponit; ſed *Deus* po- i miſertus, *Moyſen* ad Regem cum mandatis mittit, *naos* ex ſervitute, variis editis ſignis & miraculis ; tandem *Ægypto*, multis cladibus affecta, Rege, *raëlitas* inſequitur, in mari ſubmerſo, *Iſraëlitæ* in- s tranſeunt; qui inſtigante *Plutone*, in varia pec- :idunt, & in ſe *Dei* iram provocant. *Lex* promulga- *nna* pluit, nubes interdiu, ignis noctu, viam per de- monſtrat, in quo ob peccata annos 40 errarunt: llia hominum ob idololatriam occiſa; tabernaculum tur, Pontificis indumenta deſcribuntur. *Core* cum nurmurant & conſpirant in *Moyſen*; igniti ſerpentes tur: *Moyſes* in *Piſgah* moritur, populus duce *Jo-* ıſit *Jordanum*. Deſcribitur terra *Chanaan*, ubi varia ıter *Solymaos* & terræ Incolas. Tandem *Joſua* victor & *Chananæos* ſubjugavit; cui vita functo, ſequuti *dices*, qui *Solymæam Plutonis* invidia ſæpe ab hoſti- preſſum liberarunt. *Gedeon* ſtratagemate hoſtes in conjicit. *Jephthe* victor domum rediens, filiam im- Deſcribitur Eccleſiæ ſœlicitas; & ad *Chriſtum* ſit n harum hiſtoriarum applicatio.

*Oſtquā* Joſephus *ſuperis cōceſſit ab oris* 2.
*Concitat* Abrami *in ſobolem Rex* Pluto Pharonem 7.
*eni cumulus oneroſis terga fatigat,* 9. 9.
*er natos immergi flumine juſſit;* 9. 3.
*rans totam ſe poſſe exſcindere gentem.* 4. 9.
*vūm genitor ſortē miſeratus iniquam,* 9. 6.

arrigeno occiſo, ſolis in montibus avum
Exigit, & viridi pecudes in gramine pa
Hunc Amram genuit, ſed Korah edidit
ram,
At Korah fuerat genitus de ſanguine Le
Hunc oratorem Deus alta ad mœnia Reg
Ire jubet Moyſen, pacemque expoſcere ge
Abramidum oppreſſa tot jam labentibus a
Vt tandem liceat miſeris excedere regno
Ægypti, & toties promiſſam attingere ter
Nil Moyſis valuere preces; violentia Reg
Exuperat magis, & placidas Pluto obſt
aures
Tunc Pater omnipotens ira dans lora furen
(Horrendum dictu) latices nigreſcere Nil
Fecit; in obſcœnũ convertitur unda cruore
Inque aula veterem vana cecinere querel
Tum

*re, aut ut nervo pulſante Sagitta* G. 4.
*s leves ineunt ſi quando prælia* Scoti. G. 4.
*arum tempeſtatem nigrantibus alis* 11. 1.
*ab Eöis undis violentior Eurus.* G.2.G.2
*nbunt herbis, contactuque omnia fœdant* 1. 3.
*undo, atque anni ſpes omnis credita terræ* 3. G. 1.
*it; haud potuere ſeri, nec ſurgere meſſes.* G. 1.
*genus omne neci pecudum dedit, omne*
*ferarum* G. 3.
*lætis vituli vulgo moriuntur in herbis,* G. 3.
*lces animas plena ad præſepia reddunt.* G. 3.
*ur infælix ſtudiorum atque immemor*
*herba* G. 3.
*r equus, fonteſq; avertitur, & pede terrã* G. 3.
*a ferit; duro fumans ſub vomere taurus* G. 3.
*dit: & miſtum ſpumis vomitore cruorẽ;* G. 3.
*mosque ciet gemitus; it triſtis arator* G. 3.
*ntẽ abjungens fraternâ morte juvencũ.* G. 3.
*e opere in medio defixa reliquit aratra.* G. 3.
*um pecorũ, & crebris mugitibus amnes,* G. 3.
*tesque ſonant ripæ, colleſque ſupini;* G. 3.
*e catervatim ſtrages oviumq; boumque* G. 3.
*bulis; ſordent dilapſa cadavera tabo.* G. 3.
*ui cineres jactu, pecudumque hominum-*
*que;* G. 4.
*ntes papulæ, atq; immũdus olentia ſudor* G. 3.
*a ſequebatur, ſacer ignis corpora edebat.* G. 3.
*uere poli, & crebris micat ignibus æther.* 6. Æ. 1
*multa intectis crepitans ſalit horrida*
*grando* G. 1.
*male tum mites defendit pampinus uvas.* G. 1.

Quia

11.
...mem
G. I.
...ſter, G. 3.
...es G. I.
...ina
G. I.
...quor G. I.
...ero, 12. 6.
...; 12.
...rra G. I. G. I.
...lis. G. I.
...ue
G. I.
...m Æ. 3.
...s. 3. 5.
3.
3.
3.
4. 7.

*Præcipitare moras odium crudele tyranni,* 12. 1.
*Et metus acer agit cunctos, rapiuntq; ruuntq;* 1. 4.
*Migrantes cernas, omnique ex urbe ruentes,* 4.
*Ac veluti ingentem formica farris acervum* 4.
*Cùm populãt hyemis memores tectoq; reponunt* 4.
*It nigrum campis agmẽ, prædamq; per herbas* 4.
*Convectant calle anguſto : pars grandia tru-*
*dunt* 4.
*Obnixa frumenta humeris ; pars agmina co-*
*gunt,* 4.
*Caſtigantq; moras: opere omnis ſemita fervet.* 4.
J*amque via auxilium gazas ex hoſte ſuperbo* 1. 11.
*Corripiunt, ignotum argenti pondus & auri.* 1.
*Vt verò rubri tenuerunt littoris oram,* 8. 3.
*Pœnituit Regem quod ſic demiſit in-ultam* 5. 1.
Abrami *ſobolem, ſtatuit jam ſumere pœnas ;* 2. 6.
*Propterea ſociis edicit ut arma capeſſant ;* 3.
*Vt profugos ferro flammâque ſequantur ; &*
*ipſe* 1. 4.
*Poſcit equos atq; arma ſimul, ſaltuq; ſuperbus* 12.
*Emicat in currum, & manibus molitur ha-*
*benas.* 12.
*Tela manu quatit, & ſubita ſpe fervidus ar-*
*det.* 12. 12.
*Vidit ab * adverſo venentes littore* Moyſes 12.
*Videre* Abramidæ; *gelidusq; per ima cucurrit* 12.
*Oſſa tremor.* 12.
*At verò ut campos percuſſit virga liquentes* 4. 6.
*Legiferi, incipiunt late diſcedere fluctus,* 6.G.4.
*Et* Nereus *retro, atque æſtu revoluta reſorbens* 11.

* *Moyſes* ſtat in littore hoſtibus adverſo.

Si

*Saxa fugit, littusque vado labente relinquit,*
*Qua populus greſſus inferret; & ecce repente*
*Sublata in montis faciem ſupereminet unda,*
*Accepitque ſinu vaſto populumque ducesque,*
*Expoſuitque omnes ripæ ulterioris in ora;*
*Sic nos per mundi fluctus, & ſanguinis undã*
*In ripa exponit patriæ cæleſtis* Ieſus.
*Jamq; ſequebantur malefidis paſſibus omnes*
*Ægypti proceres, rex ipſe, omnisque juventus:*
*Cum ſubito horrenda decurrens murmure pontus*
*Irruit in terras, ſcopulosque ſuperjacit undam*
*Spumeus, extremamq; ſinu perfundit arenã;*
*Involvitque æſtu rapido currusque virosque;*
*Apparent rari nantes in gurgite vaſto,*
*Arma virum, ac ſagula, atque* Ægyptia *gaza per undas*
*Sic tandem* Ægypti *caſus evaſerat omnes*

*Nam ſapor indicium fecit manifeſtus, & ora* G. 2.
*Triſtia tentantum ſenſu torquebat amaro.* G. 2.
*In* Moyſem *exclamant, ille ocyus arbore ramū* 2. 6.
*Diſcerpſit viridē quo dulces reddidit undas* ; 6.G.2.
*Sic animas* Chriſtus *vitiatas crimine amaro* G.2.10
*Fatalis ligni, verâ dulcedine movit.* 6. 11.
*Tunc ventris rabies exegit ſurgere rurſus* 9. 8.
*In* Moyſem Abramidis ; Jovam *in vota vocavit.* 3.
*Protinus aëria manna cæleſtia dona* G. 4.
*Deſuper infundis, divûm tu maxime rector;* 4. 9.
*Et volucrū mittis nubem, turbamq; ſonantem* 7. 12.
*Agminis aligeri, quæ obſcurant æthera pennis.* 12.
*Haud aliter* Chriſtus *cælo demiſit ab alto* 1. 1.
*Ad nos Divini verbi puriſſima mella.* G.4.A.6
*Rurſus dum ſitiunt, in* Moyſem *jurgia jactant.* G.4.A.1
*Ille autem vitreas è rupibus elicit undas,* 1. G. 1.
*Et virga potuit fluvios præbere recentes.* 4. G.3.
*Haud aliter quando* Chriſti *latus hauſit apertum* 1. 10.
*Lancea, dulcis aqua fluxit de pectore rivus,* E.5.A.12
*Et rubra toto deſcendunt corpore guttæ.* G.2.A.5
J*amque propinquabant* Sinæ, *quando* Amalecitæ 5.
*Totam aciem in* Judam *rapiunt, & in aggere ſiſtunt.* 10.
*Quā* Moyſes *prec.bus fudit, prædaq; potitur,* 9. 12.
*Dum tendit duplices ad cœli ſidera palmas,* 1.
*Sic* Chriſtus læthо *turbas disjecit Averni* 1. 6.
*Bina triumphato protendens brachia ligno.* 6. 5.

Dum

ſa 8.
r, 8.1.
9.
1.7.
t G.1.
tè G.1.
er
4.9.
na
4.9.
e-
6.
s 2.1.
4. G.1
i. 5.9.
n G.2.A.
7.
G.4.

*In medium cœtum; huic fratres de ſanguine* Levi 5.6.
*Addunt ſe ſocios; oriturque miſerrima cædes.* E.6.A.2
*Sternit humi ter mille viros, vitulumque refringit* 9.6.
*Infandum ſceleris monumentum, atque igne cremavit.* 6.7.
*Poſthac* 46 Amramides, *ut juſſus, mobile templum* 4.G.1.
*Erexit donis opulentum & numine* Jovæ. 1.
*Dona dedere auro gravia, argentique talenta,* 3.5.
*Æſq; ingens populus* Moyſi, *veſteſq; hyacinthi;* 3.
*Gemmas, & byſſum, & lanam, & bene olentia ligna* Ec.2.
*Velleraque* Aſſyrio *portant fucata veneno;* 4.G.2.
*Et ſuccũ* Ambroſiæ; *barbas, incanaq; menta* 12.G.3
*Hircorum tondent alii, ſetaſque comantes,* G.3.
*Uſum in ſacrorum & tuguri velamina ſancti.* G.3.
*Poſtquã autem erexit* Jovæ *ſacraria* Moyſes, 12.
*Ingreditur ſummus penetralia ſancta Sacerdos;* 6.6.
*Et juſſus, pingues pecudes mactavit ad Aras.* 4.8.
*Ante* Jovẽ *in pura media inter * numina veſte* 4.12.
*Stabat, & in cœlum palmas utraſq; tetendit;* 8.6.
*Quẽ morẽ* Moyſes *jubet obſervare quotannis.* 5.6.
*Huic ſindon tenuis talos defluxit ad imos;* 8.1.

46 *Iſraelitæ* biennium juxta montem *Sinai* & loca vicina hæſerunt; quo tempore *Moyſes* conſtruxit Tabernaculum, & Leges edidit: in *Cades-Barnea* annos 19 manſerunt: alios annos 19 contriverunt, nunc progrediendo, nunc regrediendo, nunc palando; donec per 42 manſiones ſeu ſtationes pervenerunt annos 40 ad *Jordanis* ripam orientalem. Vide *Genebra. Chron. lib.* 1.

* *Cherubim* intelligo.

*ꝑ picturatam ...* 3.
*rebat,* I
*od circumtextum byſſo velamen & auro* II
*gebat longè. Gemmis auroque vigentem* 2.
*racē induitur, patrum duodena tenentem*
*mina* Saracidum, *atque humeris bina in-*
*ſuper altis.*
*mma collucent inſcripta nomina regum.* 4.
*t zonam ex byſſo, atque immania pondera*
*balthei*
*uē manus artificum multo intertexuit auro,*
*gmen habet capiti candentē nempe tiaram;* 7
*inea purpurea ſubnectitur infula vitta* G.3.
*ureaque in ſacra radiabat bractea fronte* 8.
*omē habens ſancti* Jovæ *(hoc effabile dictu* I
*ulli eſt) cælatum Divini opus* Acholiabi; E
*tunica* 48 *manicas, & habens redimicula*
*mitra*

duc fundit, queis gratior Hoſtia nulla eſt. 6. 5.
utum niveus Chriſtum velavit amictus. 8.
uream quando ille animã de corpore toto 9.
nuit, multa ferrugine fulſit & oſtro. 9. 11.
ureo ſtetit ante aras adopertus amictu. 3.
nunc aurato ſplendet ſub tegmine lucis, 3.
marum late radians fulgore, ſuosque 8. 8.
humeris, gremioque fovet, decoratque co-
 ronâ 1. 18.
na qualem ſublimi vertice geſtat 2.
Sacerdotum, Regum, Vatumq; poteſtas 10.
ca Mala notant gentes populosq; fluentes 3. 6.
Chriſtũ innumeros, & tintinabula vocẽ 6.
tam eloquii cœleſtis ubique ſonantem. 7. 11.
e Sacerdotis ſubnectit ſutilis alvum 12.
ius, & laterum juncturas fibula mordet; 12.
ficans caſtum debere per omnia ſummum 12.
Sacerdotem, Veneris ne dira cupido 6.
utet ſenſus, aut vertat in oſſibus ignem 1. G. 3.
is amor, caſtis adolet dũ Altaria tædis: G. 3. A. 7
hriſtus nulli potuit ſuccumbere culpa. 4.
lli mens ſancta fuit, purusque nitebat 2. 6.
rius ſenſus formoſo in corpore: quare 6.
ula candẽti ſubnexuit aurea * mamma. 1.
te Deus, Vates, & Rex, & magne Sa-
 cerdos: 6.
ge Rex famulos, animis illabere Vates, G. 2. A. 8
e preces pro me divino ex ore Sacerdos; 6. 3.
; ſolve Patri, & meritorũ dona tuorum. 3. 9.
ius cœleſti trabea cinctuque decoro 7.

* Revel. 1. 13.

*ea tui luce coruſcat.* 8

*, & longa tege tegmine*

*one tuis, me pectore toto* 2

*vitam ſine labe pudicam.* 4.(

*tes ſuſpende; ferantque*

*um glomerentur in unum:*

*ena venerentur 49 acerra.*

*& tunica quato cymbala*

G

*repitantiaque æra ſequan-*

G

*ræ præcepta ſequuntur*

*que littora terra* I:

*ciſque exacta referrent;* 7

*beant homines, ubi mæ-*

*; cum dura prælia gente;* 2

[redacted]

*:x altoq; ſinum trahit utque volutus* G. 3.
*ı immane ſonat per ſaxa, nec ipſo* G. 3.
*nor procūbit: at imo exaſtuat unda* G. 3.
*s, nigramque alte ſubjectat arenam.* G. 3.
*ı ſociis mortem praſensque minantur* 12.
Moyſi *fratrique: at terra dehiſcens* 12. 4.
*nfernis ſorbet, vaſtoque barathro* 8. 3.
*rum multos, multosque cremavit* G. I. A. 7
*per latos acies Vulcania campos.* 10.
*reverunt toties oracula ſancta* 4. 7.
*x, caſus omnes renovare coacti* 2.
*:ri, rupes inter; rurſusque reverti* 2.
*:ta* Arabum, *& capita objectare pe-*
*riclis* 4. 2.
*riginta revolutis menſibus orbes* I. 10.
*rrando explerunt per inhoſpita ſaxa,* I. 5.
*volventes perplexum iter, ante beata* 9. I.
*rra intrarunt fines fataliaque arva.* 3. 5.
*verò populus ſitientibus errat in ar-*
*vis,* 8. I.
ırabum *raris habitata mapalia tectis* G. 3.
*tendit* Cananææ, *ubi frigidus arva* 5. 5.
*ma virum leni fluit agmine* Jordan; 2.
*:o referens) immenſis orbibus angues* 2.
*·i, in ſiccum exiliunt è ſaltibus imis,* 6. G. 3.
*:erra latebris: hique ordine longo* 2. II.
*nen lapſi, populi ad tentoria tendunt.* 5. 2.
*queis terga nota, maculoſus & auro* 5.
*m incendebat fulgor: ceu nubibus*
*arcus* 5.
*ahit varios adverſo Sole colores;* 5.

III.
S igni 2.
ra: 2.
armore
7.
idis. 7.
e; 7.
ntibus
7.
ue ve-
7. I.
at. 4. G. 3.
i G. I. A. 4
. 4.
iſta I. 9.
n, 2. 8.
i; 2. 8.
s an-
2.
[redacted]

| | |
|---|---|
| *Ille ergo propria non immemor artis, in anguem* | G.4. |
| *Vertitur, & 50 faciemque ſuam veſtemque reponit;* | 5. |
| *Atque notis longam maculoſus grandibus alvum* | G.3. |
| *Invadit matrem, & linguis micat ore triſulcis;* | 4.2. |
| *Pertentans ſenſus in membra agit atra venena* | 1.G.2. |
| *Morſibus occultis; & ſpicula cæca relinquit* | G.4. |
| *Affixa in venis; penitusq; in viſcera lapſum* | G.4.A.7 |
| *Serpentis furiale malum; totumque pererrat* | 7. |
| *Humanũ genus, & miſeros depaſcitur artus.* | 1.2. |
| *Sed* Chriſtus *ſerpens malo ſuſpenſus ab alto* | 7.5. |
| *Æreus, horrendam jactat ſub nubila lucem;* | 7. |
| *Agmina ſerpentum totis exterrita terris* | 4.G.3. |
| *Diffugiunt, trepidoque gradu ſub Tartara tendunt.* | 4.6. |
| *Cujus conſpectus noſtri medicina furoris.* | 1.E.10. |
| *Auxiliumque fuit, quo non præſentius ullum* | G.2. |
| *Mortifera è noſtris contagia tollere membris.* | 6.G.3. |
| *Poſtquam per flammas, & mille ſequentia tela* | 6. |
| *Per freta, per terras varias & inhoſpita ſaxa* | 5. |
| *Eripuit ſocios, medioque ex Hoſte recepit* | 6. |
| Moyſes, *qui tandem fugientis prenderat oras* | 6. |
| Judææ, *in* Piſgam *ſublimis tollitur; inde* | 2.10. |
| *Stans procul excelſo miratur vertice montis* | 5. |

50 Spiritus nec veſtem, nec faciem propriè habent. Hæc tamen de iis dicuntur, quod ſæpè in forma humana & veſtibus appareant.

dibus optatis. *Summis tum* Jordan *abundans* 6.
*umabat ripis, tantus ſe nubibus imber* I
*perat, & gelidus canis de montibus humor* II.
*plevit late foſſas liquefactus & amnes.* G.I.
*c gemina auratus taurino cornua vultu* G.
*va* Palæſtinæ *vitreis interluit undis* 3.
rdanus, *quo non alius per pinguia culta* G.
*mare purpureum violentior influit amnis.* G.
*mque Sacerdotes fluvio populusque propinquat.* 8.
*ui ſimul ac pedibus tetigerũt rauca fluenta,* 4.
*ſcedunt unda, refluitque exterritus amnis,* 6.
*a populus tutos greſſus inferret; ut olim* G.
*rvata in montis faciem circumſtetit unda,* G.
*m mare per medium* Moyſes, *fluctusque tumentes* 7.

*Arenti in limo: timidis haud paſsibus heros* G.2.A.6
Joſua *trans fluvium incolumes matresque viroſque* 6.
*Aggere gramineo, ripâque exponit in alta* 7.6.
*Et mox vicinas multâ vi diruit urbes.* 11.12.
*Nobilis hac illa eſt, multas memorata per oras* 7.
*Terra* Palæſtinæ *promiſſa nepotibus* Abræ; 1.6.
*Terra antiqua, potens armis, atque ubere gleba.* 3.
*Hac loca non tauri ſpirantes naribus ignem* G.2.
*Invertere, ſatis immanis dentibus hydri;* G.2.
*Nec galeis, denſiſq; virum ſeges horruit haſtis.* G.2.
*Sed gravida fruges, & lati munera* Bacchi G.2.
*Implevere; tenent oleaque armentaque lata.* G.2.
*Hic liquidi fontes, ſemperque virentia prata* G.4.
*Adſunt, & tremuli lambentes gramina rivi.* G.4.A.8
*Dulcia mella fluunt, hic largi copia lactis.* G.4.G.3
*Quam magis exhauſto ſpumaverit ubere mulctro* G.3.
*Lata magis preſsis manabunt flumina mammis.* G.3.
*Quid tibi odorato referam ſudantia ligno* G.2.
*Balſamaque & baccas ſemper frondentis acanthi?* G.2.
*Quidve tot egregias urbes, portuſque lacuſq;* G.2, G.2
*Fluminaque antiquos ſubter labentia muros;* G.2.
*Et mare* Sidonium *ſtridẽs reſtuentibus undis;* G.4.
*Et rigidas ferri venas, æriſque metalla?* G.2.
*Hic unda haud tergo ferratos ſuſtinet orbes,* G.3.
*Hoſpita nunc plauſtris patulis qua puppibus ante;* G.3.

*abris* , Zephyri*que tepentibus*

, G.4.G.2

*natā cœli indulgentia terram* G.2.G.2

*tud metuit ſurgentes pampinus*

*is*, G. 2.

*lo magnis aquilonibus imbrē*; G. 2.

*atem increpitāt*, Zephyros*que*

*ntes* G. 4.

*ueritur ſpirātes frigora* Cauros G.1.G.3

*ten contingit equis* Sol *tardius*

G. 2.

*dit ſub terram*, *luce recludens* G. 4.

*portas*, & *ſ3 cornibus annum* G.3.G.1

*ens*, & *prata coloribus ornans*. G.1.G.4

*tygres adſunt*; & *ſæva leonum* G. 2.

lubritatem cœlique temperiem, & ſoli uberta-
s aliis mundi regionibus celebris eſt hæc terra
tam ſacros quàm profanos. Vide *Deut.* 8. *Plin.*
2 *Virgilius* Portam dixit; ut: porta tonat cœ-
-iis i ego portas, propter tres aëris regiones,

[redacted]

*emina quin miſeros fallunt aconita legentes* ; G. 2.
*Et lupus inſidias explorat ovilia circum* ; G. 3.
*Et gregibus nocturnus obambulat : hic quoque multa* G.3.6.3
*Funera deformes urſa ſtragemque dedere.* G. 3.
*Hac genus acre virum* , Gedeonem & Sampſona *fortem* G. 2.
*Aſſuetumque malo* Iepthen , & Samgar, & Ehud G. 2.
*Extulit : hac regem* Davidē, & *fulmina belli* G.2.A.6
*Nempe* Machabæos ; Salomonem *in pace regentem* 7.
*Aſſuetum bello populū*, & *te maxime* Chriſte 7. G.2.
*Qui ſæpe extremis terrarum victor in oris* G. 2.
*Imbelles* Turcas *à noſtris arcibus arces.* G.2.A.I
*Salve magna parens frugū* Chananæia *tellus* G. 2.
*Magna virum, cælo quondam gratiſſima, ſed nunc* G.2.A.8
*Perſidia in dominum meritas das improba pœnas* A. 9.4.
*Irriſa*, & *ſine honore jaces perculſa ruina.* 5. II.
*At Dominus ditis nigro caput extulit orcō.* 6, I.
Abramidas *moliri arces*, & *ſidere terræ* 7.
*Promiſſa aſpiciens, rabida fremit improbus ira:* I. I.
*Atque illos medias acies, mediasq; per undas* I.
*Inveniſſe viam ſcelus indignatur*, & *omnes* 7. I.
*Evocat ex orco furias, armatque venenis.* 6. 7.
*It comes his ſciſſa gaudens diſcordia palla,* 6. 8.
*Quā conſanguineo ſequitur* Bellona *flagello* ; 8.
*Inque* Palæſtinos *ſtygiis ſe concitat alis* 7.
*Ira fremens, magnis implēs clamoribus urbes.* 7. 2.

4.
4. I.
e II. 9.
7. 3.
3.
7.
3. IO.
3. G.3.
G.4.E.5
G.5.A.7
7.
ẽ 7. 7.
I2.
t 6. I.
E.6.A.4
3.

*Concilium extemplo vicina per oppida reges* 11. 7.
*Cogunt, & dubiis regni de rebus agebant.* 11.
*Multa inter ſeſe vario ſermone ſerentes.* 6.
*Qua vires tantum ad bellum, contra agmina*
*tanta* 8. 11.
*Sufficerent, qui ductores, qua quemq; ſequatur* 11.
*Complentes campos acies, qui mœnia ſervent,* 7. 11.
*Quiq; aditus urbis firment, turresq; capeſſant.* 11.
*Dumque inter ſeſe patres conſulta petebant* 6. 6.
*Quid facerent; magno* Chananæa *per arva*
*tumultu* 11.
Nuncius *ecce ruens urbes terroribus implet:* 11.
*Inſtructos acie* Jordano *à flumine* Hebræos, 11.
*Armatosque equites totis deſcendere campis.* 9. 11.
*Extemplo turbati animi concuſſaque vulgi* 11.
*Pectora, & arrecta ſtimulis haud mollibus*
*ira.* 11.
*Arma manu trepidi poſcunt, fremit arma ju-*
*ventus;* 11.
*Finitimi reges ſeſe exhortantur ad arma,* 7. 7.
*Tutari patriam, depellere finibus hoſtem;* 7.
*Accipiunt; redduntque fidem, & ſocia agmi-*
*na jungunt,* 8. 8.
*Et totos late vaſtant cultoribus agros.* 8.
*Pars pedes ire parat campis, pars arduus altis* 7.
*Pulverulentus equis furit; omnes arma re-* 7.
*quirunt.* 7.
*Pars leves clypeos, & lucida ſpicula tergent* 7.
*Arvina pingui, ſubiguntque in cote ſecures* 7.
*Claſſica jamq; ſonant, it bello teſſera ſignum.* 7.
*Hic galeam tectis trepidus capit, ille frementes* 7.

*ri-*
7.
: 7.
; 7.
*tis* 7.
*et* 7.12.
*nt* 12.7.
: 7.
*t*, G.4.
*i-*
G.4.
-
12.
12.
12.
*e*
10.
.
11.
11.7.

*Adverſi campo apparent haſtaſque reductis*
*Protendunt longè dextris, & ſpicula vibrant,*
*Adventuſque virûm fremituſque ardeſcit*
** equorum*
*Jamque intra jactum teli progreſſus uterque*
*Subſtiterat, ſubito erumpunt clamore, fremen-*
*teſque*
*Exhortantur equos, fundunt ſimul undique*
*tela*
*Crebra nivis ritu, cœlumq; obtexitur umbra:*
*Quātus ab* Occa*ſu veniens pluvialibus hœdis* I
*Verberat imber humum, quam multa gran-* I.
*dine nimbi* 9.
*In vada præcipitant, cùm* Iupiter *horridus*
*auſtris* 9.
*Torquet aquoſam hyemem, & cælo cava nu-*
*bila rumpit* 9.
*Continuò adverſis* Chananæus *& acer* Iudas
*Connixi incurrunt haſtis, primique ruinam* 9.
*Dant ſonitu ingenti, præfractaque quadrupe-* II.
*dantum* II.
*Pectora pectoribus rumpunt; pugna aſpera*
*ſurgit* II.
*Ac veluti magno diſcordes æthere venti*
*Prælia cùm tollunt animis & viribus æquis,* II. 9.
*Non ipſi inter ſe, non nubila, non mare cedit;* IO.

IO.

IO.

* Non omnis equorum uſus fuit *Hebræis* interdictus, ut qui-
n volunt; ſed nimius luxus tam in equis quàm in uxoribus,
auro, & argento, &c. ne ſcilicet fiduciam in equorum mul-
dine, ut gentes, derelicto vero Deo, collocarent; ne com-
cium cum *Aegyptiis* apud quos equi præſtantiſſimi, habe-
: ne multitudine equorum ſuperbirent.

*aque corporaque & permiſti cade virorũ* ]
*-animes volvuntur equi : cruor ater ubique* 11
*itur, & diro miſcetur murmure campus.* 11.
*avis aquabat luctus, & mutua* Mavors 1
*'a, cadebant pariter, pariterque ruebant* 1
*'es, victique nec his fuga nota nec illis.* 1
*iter cades, cadentiaque agmina Ductor* 1
*fertur equo, atq; inſtigat vocibus alas;* 1.
*prece, nunc dictis virtutem accendit amaris·*
*'e quemque vocans, reficitque in pralia pulſos* 1(
*iagis increſcũt animis diſcordibus ira;* 11
*'que· iterum* Abramidæ *glomerantur eodem,* 9.
*uiſque viri ſumma nituntur opum vi.* 9.

*Extemplo turbatæ acies, parmaſque tyranni*
*Rejiciunt, trepidaq; fuga dāt terga per agros.*
*Disjectique duces, deſolatique manipli*
*Tuta petūt, & equos averſi ad mœnia tendūt.*
Abramidas *nemo inſtantes, lethumq; ferentes*
*Suſtentare valet telis, aut ſiſtere contra;*
*Sed laxos referūt humeris languētibus arcus.*
*Quadrupedumque putrem curſu quatit un-*
*gula campum*
*Volvitur ad muros caligine turbidus atra*
*Pulvis, & è ſpeculis percuſſa pectora matres* 1
*Fœmineum clamorem ad cœli ſidera tollunt.* 1
*Interea magno miſceri murmure cœlum* 1
*Incipit, inſequitur commiſta grādine nimbus,* 4.
*Qua crepitās ſalit in campis, & pondere vaſto* 4.
*Sternit humi juvenes dum vertunt terga per* G.1.A
*agros.*
*Speluncam reges trepida formidine eandem* 1.12
*Deveniunt; fulſere ignes, & conſcius æther* 4.6.
*Ira divina in* Chananæos; Joſua Nuni 4.
*Interea toto deſævit in æquore victor,* 6.
*Ut ſemel intepuit mucro; quin turbinis atri* 10.
*More furens, edit per totos funera campos.* 10.10.
*Veſtigat trepidos disjecta per agmina reges:* 10.
*Hos aditus, jamque hos aditus, omnemque* 12.
*pererrat*
*Undique circuitum, & certam quatit impi-* 11.
*ger haſtam.* 11.
*Hinc* Sol, *hinc contra ſpectat* Latonia *virgo;* 10. 11.
*Nec* Sol *diſcedens creſcentes duplicat umbras,* Ec. 2.
*Nec valet invito procedere veſper* Olympo, Ec. 6.

D

*quos cæcis cohibet ſpelunca latebris* 3.
*hat in medios* Nunides, *qui pede collis* 2. 1
*ſſo, reges malo ſuſpendit ab alto.* 5.
*inas extemplo urbes ſæviſſimus implet* 8. 1
ius, *&* *populo ingentem fert fama tu-
multum* 11
*as tot regum acies, cecidiſſe phalanges* 11.
*tria, & reges indignâ morte peremptos;* 8.
*re infenſos hoſtes, &* Marte *ſecundo* 11
*corripuiſſe, metũ jam ad mœnia ferri.* 11
*netu duplicant matres propiuſq; periclô* 8.
*r, & major Martis jam apparet imago.* 8.
*uo trepido conjuravere tumultu* 8.
*vicinæ, & legiones undique cogunt:* 7.
Libani *juga celſa cadunt, qui roſci-
da rivis* 3. 7
Paleſtinæ, *& quos culta* Samaria *paſcit;* 7. 7
alilææ *altos exercent vomere colles;* 7.

*jiciunt in equos, & ſtrictis enſibus ardent.* 12. 11.
*quiſquam aratas acies ex agmine tanto* 7.
*ceri putet, aëream ſed gurgite ab alto* 7.
*eri volucrum raucarum ad littora nubem.* 7.
*is valet exactum numerum comprendere*
*verſu?* G. I. G. 2.
*ē qui ſcire velit Lybici velit æquoris idem* G. 2.
*cere, quā multa* Zephyro *turbētur arena;* G. 2.
*ubi navigiis violentior incidit* Eurus, G. 2.
*ce quot* Ionii *veniant ad littora fluctus.* G. 2.
*ique omnis campis exercitus ibat apertis* 9.
*ies equum, dives pictai veſtis & auri;* 9.
*ta ſonant, pulſuque pedum tremit excita*
*tellus,* 7.
iides *verò fumantes pulvere campos* 11.
*ſpexit longè,* Chananeia*que agmina vidit,* 11.
*ventumque pedum, flatusque audivit*
*equorum;* 11.
*upuere omnes, gelidusq; per ima cucurrit* 12.
*tremor, nigro ut glomerari pulvere nubem* 12. 9.
*ere* Abramidæ, *ac tenebras inſurgere cam-*
*pis.* 12. 9.
*ibus Omnipotens dictis affatur* Ieſum: 4. 11.
*trepidato meam Ductor defendere gentē:* 9.
*ve armare manus cōtra tot millia veſtras.* 9. 2.
*id dubitas? nunc tempus equos nunc poſce-*
*re currus* 9.
*pedibus fidas, ferro rumpenda per hoſtes* 10.
*via, quà globus ille virū dēſiſſimus urget* 10.
*mina nulla premunt; mortali urgeris ab*
*hoſte* 10.

Mor-

Primus in arma jube, & clypeum cape, que tibi liquit
Invictus Moyſes, atque oras ambiit auro.
Poplite quadrupedum ſucciſo lora memento,
Atq; leves currus crepitãtibus urere flammi
Rumpe moras omnes, & turbata arripe caſtr
Hæc ubi dicta dedit, nubi ſe immiſcuit atra.
Miratur princeps, animos tamen omine tollit.
Qui poſtquam eſt ſuper aſpectans convex precatus
Principio ſociis edicit, ſigna ſequantur
Atq; animos optent armis, pugnaq; parent ſe.
Procedit legio Abramidum, pilataque plenis
Agmina ſe fundunt caſtris, arma ærea longe
Horrendum ſonuere, tremunt in vertice criſtæ
Sanguineæ, totum ſtat denſo pulvere cælum.
Ductores auro volitant, oſtroque decori:

ſtas telorum, ac ferreus ingruit imber. 12.
anu jaciunt: quales ſub nubibus atris 10.
oniæ dant ſigna grues, atque æthera
tranant 10.
initu, fugiuntq; notos clamore ſecundo. 10.
t rauca ſonant, it triſtis ad æthera cla-
mor 8.12.
tũ juvenũ, & duro ſub Marte cadentũ 12.
in mediis Dux ipſe & Marte ſecundo 12.
ilis, ſævam nullo diſcrimine cædem 12.
it, irarumque omnes effundit habenas; 12.
ta quæque metens gladio, latumque per
agmen 10.
s limitem agit ferro; tunc plurima fuſo 10.11.
ine terra madet, ſtridentque haſtilibus
auræ: 12.
tẽ veluti cũ flamma furentibus auſtris 2.
, aut rapidus montano flumine torrens 2.
agros, ſternit ſata læta, boumq; labores, 2.
tesque trahit ſylvas. 2.
antas vires, adverſaq; Numina ferre 5.
equeant hoſtes, paulatim excedere pu-
gnâ, 5.12.
idare metu, pedibuſq; fugacibus omnes 6.11.
projectis armis: Dux fervidus inſtat: 11.12.
virûm volitãs dat fortia corpora letho; 12.
ieces volvit multos, aut agmina curru 12.
t, aut raptas fugiẽtibus ingerit haſtas: 12.
apud gelidi nuper eum flumina Rheni 12.
rũ increpuit clypeo Mars, atq; furentes 12.
vovens immiſit equos: illi æquore aperto 12.

*Sanguineos, miſtaque cruor calcatur arena.*
*Sic poſtquam hoſtiles proſtravit* Marte *pha-*
*langes,*
*Totque tyrannorum terris ſceptrisque potitus*
Victor; *tunc prædam ſocios partitur in omnes*
*Partibus æquando juſtis vel ſorte trahendo;*
*Haud aliter* Chriſtus *per mille ſequenti*
*tela*
*Duxit nos miſeros baptiſmi ad fluminis un-*
*das.*
*Incolumesque omnes trans amnem exponit in*
*altis*
*Promiſſæ terræ ripis, ubi frigida 56 Tempe*
*Et gelidi fontes, & mollia prata vireſcunt.*
*Ducit in apricis hic collibus uva colorem;*
*Hicque thymo ſaturantur apes, & fronde ca-*
*pellæ*
*Et ...*

*tus dives nivei pecoris, quam lactis abundat* Ec.2.
*regio? ut paſti ludunt per prata juvenci?* 1.E.7.
*ſegetes hic luxuriant in pinguibus arvis?* G.3.E.5
*ant ſecura celſis in montibus agna.* 5.E.2.
*nunquã magnos metuunt armenta leones,* Ec.4.
*rapit immenſos orbes per humum, neque tanto* G.2.
*amens in ſpiram tractu ſe colligit anguis.* G.2.
*ſte lupus ſtabulis non eſt, nec frugibus umbra,* E.3.E.10
*venti arboribus, nec grãdo vitibus, aſt hic* E.3.G.1
*va leana lupum fugit, & lupus ipſe capellam.* Ec.2.
*in etiam timida dama cervique fugaces,* A.4.G.3
*interq; canes, & circum tecta vagantur.* G.3.
*idit & ſerpens, & fallax herba veneni.* Ec.4.
*quoque mella fluunt, fert & rubus aſper amomum* Ec.3.
*rea mala ferunt quercus, ſtant ſentibus uva,* E.8.E.4
*gnia corticibus ſudant electra myrica.* Ec.8.
*triſtis non ſævit hyems, nec frigore rumpit* G.4.
*ca, nec hic glacie curſus frænãtur aquarũ;* G.4.
*ver purpureum, & virgulta ſonantia ſylvis,* E.4.A.6
*vaq; perpetuo fragrantia ſuavibus herbis;* G.4.E.2
*que inter virides decurrũt flumina valles,* G.3.A.5
*ſemper reſonant avibus virgulta canoris.* G.2.
*volvet noſmet* Chriſtus *conſidere regnis* 1.
*ſtibus ejectis, debellatoque barathro.* 4.5.

Co

*nis angeris cœlo* Jovis *ales aperto.* 12. 1.

*c regum pede colla premit captiva trium-*
*phans* 10. 3.

*ſtquā regnum in Socios diviſit ovantes,* 1. 6.

*is exceſſit, penitusque in nubila fugit.* G. 3 A. ii

*am poſtquam volucres vitam diſperſit in*
*auras* 11.

ides *Ductor :* Judæ *pulcherrima proles* 11. 6.

*nis fama, nec non fœlicibus armis* 7.

*ſſit ;* Salem *multâ vi cœpit,* & *ipſum* 1.

cinorum *dominum, populosque feroces* 1.

*itio preſſit victor, ſceptrisque potitur.* 1. 9.

*uia conſilia,* & *toties mandata Tonantis* 5. 9.

*vere* Abramidæ, *Satana ſuadēte;* Jehova 4. 9.

*ſta ſuo qui bella pater ſub numine torquet,* 12.

*s permiſit nova regna laceſſere ferro ;* 12.

*ve in* Judæ *ſobolem ferre arma rebelles,* 12.

*uit indigenas patriis conſiſtere in oris :* 12. 1.

*agna, maliſq; exercet, & orco* 7. 6.
*vult ſuper ignea ſidera mundi* 6.G.4.
*regni cæleſtis parte locare.* 4.
*c patria eſt quam* Chriſtus *de-*
*illis* 7. 2.
*ob patriam pugnando vulnera*
6.
*patriam Dux inclytus armis* 1. 2.
niël; *confidentiſſimus* Ehud 4.G.4.
*ro hic ſub veſte latente* 6.
onem *latus inter & ilia figit*; 10.
*omēs rivos cadit, atq; cruentā* 11.
*n, moriensque ſuo ſe in vulne-*
*ſat* 11.
hamgar *duros conclamat agre-*
6. 7.
*nt; hic torre armatus obuſto,* 7.
*idi nodis, quod cuiq; repertum* 7.
*ira facit; certamine agreſti* 7. 7.
*gant hoſtes, ſudibuſq; prauſtis.* 7.
*Ductor ſub Tartara miſit* 11.
*o; ſequitur, tunc* Debora *vates,* 10. 6.
Jabini *exercitus ingens* 6. 11.
*it Ductor muliebribus armis* 11. 11.
ïël *clavo confixit acuto* 2. 3.
*o; ferrū it per tempus utrumq;* 9. 9.
*rmis* Gedeon, *aſt artibus uſus* 4. 11.
*itos hoſtes, ſomnoque quietos* 9.
*uit juvenes; hos are canoro* 10. 9.
*non teſtis ardentibus omnes* 11.G.1.
*dia ſub caſtra hoſtilia duxit.* 9. 3.

Tunc

ue hoſtes, per tela ...
ſternit,
mittitq; fugã cunctis: ac ſi æthera tranans 9.
tore as agitaret aves, turbamque ſonantem I
minis aligeri cælo Jovis ales aperto. 12.
unc regum pede colla premit captiva triumphans 10.
t poſtquã regnum in Socios diviſit ovantes, 1.
Terris exceßit, penitusque in nubila fugit. G.3
Jam poſtquam volucres vitam diſperſit in auras
Nunides Ductor: Judæ pulcherrima proles 1
Inſignis fama, nec non fælicibus armis
Succeßit; Salem multâ vi cæpit, & ipſum
Bezecinorum dominum, populosque feroces
Servitio preßit victor, ſceptrisque potitur.
Sed quia conſilia, & toties mandata Tonantis
... midæ, Satana ſuadẽte; Jehova

*m vis magna, maliſq; exercet, & orco* 7.6.
*it, quos vult ſuper ignea ſidera mundi* 6.G.4.
*& in regni cæleſtis parte locare.* 4.
*vus, hic patria eſt quam* Chriſtus *de-*
*ſtinat illis* 7.2.
lymam *ob patriam pugnando vulnera*
*paſſi* 6.
*um bello patriam Dux inclytus armis* 1.2.
*it* Othoniël ; *confidentiſſimus* Ehud 4.G.4.
*eſſit, ferro hic ſub veſte latente* 6.
*m,* Eglonem *latus inter & ilia figit;* 10.
*vis ille vomēs rivos cadit, atq; cruentā* 11.
*humum, moriensque ſuo ſe in vulne-*
*re verſat* 11.
*ibiens* Shamgar *duros conclamat agre-*
*ſtes;* 6.7.
*iſi adſunt; hic torre armatus obuſto,* 7.
*hic gravidi nodis, quod cuiq; repertum* 7.
*ti telum ira facit; certamine agreſti* 7.7.
*uſq; fugant hoſtes, ſudibuſq; prauſtis.* 7.
*laſtinos Ductor ſub Tartara miſit* 11.
*s ſtimulo; ſequitur, tunc* Debora *vates,* 10. 6.
*is cujus* Jabini *exercitus ingens* 6. 11.
*r, cecidit Ductor muliebribus armis* 11. 11.
*quem* Jaël *clavo confixit acuto* 2. 3.
*o cerebro; ferrū it per tempus utrumq;* 9. 9.
*nc non armis* Gedeon, *aſt artibus uſus* 4. 11.
*it incautos hoſtes, ſomnoque quietos* 9.
*tum rapuit juvenes; hos are canoro* 10. 9.
*tos, nec non teſtis ardentibus omnes* 11.G.1.
*ūper media ſub caſtra hoſtilia duxit.* 9.3.

T

9. 6.

8.

2.

6.

.I.A.6.

5. 2.

11.5

11. 2.

9.

12.

9.

9.

9.

12.

12.

9.

[redacted]

ıtum firmans, & Virgine caſa ; 2.
que ferunt ea fata minores, 6.
i laudumque immenſa cupido. 6.
r ſocias dum mollia vellera
ıhas G. 4.
um ſaturo fucata colore, G. 4.
ım ſolatur Virgo laborem ; G. 1.
ıtans hoſtes cecidiſſe reportat, 7.
rem magno comitante triumpho. 11.
'o cum fuſis mollia penſa G. 4.
& patri fert obvia greſſus ; 4. 6.
ara choros, & tympana pulſat. 1. 9.
c genitor venientem conſpicit,
s 4. 3.
daque manu diſcidit amictus. 3. 12.
iſerũ, & te perdis filia, dixit? G. 4.
ı votum irrevocabile, nempe 6. 10.
ıuerit nobis victoria Martem, 12.
quod primo occurrerit : at Tu 3. 6.
ſed non fœlicibus eheu 1. 11.
a funus crudele videbo, 11.
ıculabo manus in ſanguine pro-

ũ in mea viſcera vertere ferrũ ? 6.
cepit vocem pia virgo parentis, 12.
fuſa genas, lachrymisque ma-
s : 12.
ora eſt Pater, inquit, ſolve To-
t 2.
ıtam violes promiſſa, fidemque 6.
virtute Dei victoria ceſſit 12.

..
; G. 3.
*m*. G. 4.
*bis* 11.
6. G. 4.
*,* 4.
; 4.
*ro*, 4. G. 4.
*e*; 4.
*s*, 4.
*te*
4.
4.
*ce*
3. 10.
1.
1. 11.
r Ec. 6.
11.
*s* 11.

*xit, paulũ lachrymis, & mente morata,* 4.
*num affatur miſeros moritura parentes* 9. 12.
*pater, tuque ô genetrix dulciſsima, qua me*
*m fatis genuiſti, lactea cujus* G. 4.
*fans teneris ſiccavimus ubera labris;* 11. E.3.
*inis authores olim, nunc funeris eſte.* 8.
*m ferro quam primũ abrumpite lucem:* 4.
*ite hanc miſeram quam ex vobis hauſimus auram.* 3.4.
*diu (res ſi qua diu mortalibus ulla eſt)* 10.
*us, & veniet cum ſanguine gloria nobis* 10. 11.
*quã nunquã ſera eſt tacitura vetuſtas.*
*la comites quos prima ab origine vita* 1.
*les habui, dum fata Deusque ſinebant,* 4.
*te hanc animã, meque his exolvite curis:* 4.
*& quem dederat curſum natura peregi,* 4.
*nc magna mei ſub terras ibit imago.* 4.
*deletos vidi, faſceſque receptos,* 1. 6.
*io ereptam patriam, reducemque parentem;*
*, heu nimium fœlix ſi limina tantum* 4.
*etigiſſem ædis, meq; extra tecta tuliſſem.* 4. 2.
*itrix lymphata furens abſcidit amictus* 7. 12.
*ntesq; comas, & tundit pectora pugnis,* 4. 11.
*mulas laniata genas, heu ſola ſenecta* 12. 12.
*nquit, requieſq; mea, mea ſola voluptas,* 12. 3.
*a in quam omnis domus inclinata recumbit;* 12.
*tre mihi immaturo funere? ſanguis* 12. 11.
*it nata crudeles imbuet aras?* 1. Ec. 1.

4.
4.
2. 5.
5. 10.
9.
9

9.
9.
9. 5.
5. 2.

12.G.4
12. 9.

4.
G. 3.

*n quid agat? quo nunc uxorem ambire furentem* 4.
*Audeat affatu? & quæ prima exordia ſumat?* 4.
*Illinc turbat amor, figitque in Virgine vultus,* 12.
*Hinc urget promiſſa fides, votumque ſacrandũ* 6.8.
*Sanguine virgineo; ſubit illâ morte perempta* 11.6.
*Haud ſupereſſe ullam ſpem ſtirpis, namque paternam* 9.
*Sola domum, & tantas ſervabat filia ſedes.* 7.
*Obſtupuit varia confuſus imagine rerum,* 12.
*Et tacito ſtetit obtutu, curasque ſub ægro* 12.1.
*Corde premit, tandem falsâ formidine voti* 1.
*Exuit humanã mentẽ, vultumq; paternum;* 7.
*Dixiſſes mammis nutritum & lacte ferino.* 11.
*Stat mœſta ante Aras manibus poſt terga revinctis* 3.2.
*Cæruleis virgo vittis, gemmisque decora,* 3.
*Et tunica molli mater quam neverat auro,* 10.
*Arguto tenues percurrens pectine telas* 7.
*Nunc olim, at non hoc quæſitũ munus in uſus;* 4.
*Et circa comites crinem de more ſoluta* 3.
*Purpureos ſpargunt flores, ululamq; furentes.* 6.7.
*Ipſa ſolo fixos oculos immota tenebat* 1.6.
*Dum verò nata vultus obnubit amictu* 11.
*Crudelis genitor, dextraque tremente ſecurim* 4.2.
*Accipit immanẽ, gemitu tectũ omne remugit.* 5.
*Bis conatus erat ferro obtruncare puellam,* 6.3.
*Bis patria cecidere manus: ſed tertia poſtquã* 6.3.
*(Eloquar an ſileam?) ſublata eſt dextra, puellam* 3.
*Collapſam afficiunt comites, terramque cruore* 4.

us æqualis Dryadum clamore ſupremos G. 4.
unt montes, gelidis flevere ſub antris G. 4.
æ Iphin; Iphin referebãt flumine ripæ. 8.
Deus has aras humanâ cæde rubentes 11. 7.
t, averſuſque fugit; non ille cruorem 11. 3.
ıeum potat, non membra fluentia tabo 3. 9.
lit; ſed Pluto noſtrũ genus omne peroſus 3.
ına gaudet ſanie, dapibusque cruentis. Ec. 10.
eus ipſe malis hominũ miteſcere diſcit; 1.
erea charum demiſit ab æthere Natum
proprio patrias ſparſurus ſanguine flam- 11.
mas 2. 12.
orti oppoſuit, nullo cogente, ſuumque 8. 2.
ecit caput; & noſtrum ſcelus omne piavit 10.
le ſuâ, & regem nigri tremefecit Averni.
tima ſola hæc eſt ſupremo grata Tonanti 11.
ditur in noſtris cruor hic altaribus; hic eſt
... auro, G. 2

# CHRISTIADOS LIBER IV.

*Argumentum.*

Juvenis *Sampſon* dum uxorem peteret, leonem in vi[a] occidit, in cujus cadavere inter redeundum alvearium repperit. Hic Judex factus, *Philiſtarum* frumentum incendit qui ſuaſu *Plutonis* in eum conſpirant, & ligant; ille autem ruptis vinculis, mille hoſtes Aſini maxillâ ſternit, & portas *Gazæ* aufert; poſtea blanditiis *Dalilæ* allectus, illi robur ſuum prodidit, & capillos amiſit; & ſic in hoſtium poteſtatem devenit, qui oculis effoſſis, in piſtrinum dant. Dum verò poſtea *Dagonis* ſacra peragunt, *Sampſonem* in templum ludibrii gratiâ introduci jubent, qui columnæ totis viribus (quæ jam cùm capillis creverant) incumbens, templum diruit, hoſteſque omnes & ſeipſum illa ruina obruit. *Dagoni* ſolemnitas deſcribitur; *Eli*, qui *Sampſoni* ſucceſſit, audita clade Iſraëlitarum & filiorum morte, ſubito expirat; ſequitur *Samuel*, qui *Saulum* in Regem ungit, petente populo *Saulus* filium habuit *Jonatham*, *Davidi* chariſſimum, qui *Philiſtas* in fugam conjecit: *David* autem *Goliah Philiſtarum* ducem, qui ipſum ad monomachiam provocaverat, lapillo ſternit, & hoſtes fugat; poſtea *Saulus Davidem* veritus regnum affectare inſenſus ſervat, & necare ſtatuit, ſed fruſtra; ſemper enim incolumis evaſit; interea *Saulus* ſollicitus de belli eventu inter ipſum & *Philiſtas*, conſulit *Sagam*, quæ oſtendit illi *Samuelis* ſpectrum, ex quo didicit ſe ipſum cum filiis in prælio caſurum; quod ſequenti die contigit. *David* autem ſolus regno potitus, hoſtes undique domuit, multas urbes deditione cœpit: ſed domeſticis ſeditionibus vexatus eſt, præcipuè *Abſolonis*, quem *Joab* occidit. Senio tandem confectus rex, *Salomonem* ſucceſſorem deſignat, qui Templum, cujus magnificentia hic deſcribitur, condidit, & pacem coluit; quæ omnia in *Chriſtum* quadrant.

HIc Sampſon *vaſtis membris & mole*
*valebat,* *(dit inermis* 5.
*Dumq; iter accelerãs ad* Timnah *ten-* 1.

 Se

oſtea dum Timnath *repetebat conjugis* e[illegible]
*n ſubitū ac dictu vidit mirabile monſtr*
*xanimis liquefacta fera per viſcera, toto*
*ridere apes utero, & ruptis effervere coſ*
*nmenſasque trahi nubes; mox cerea regn*
*vaſit* Sampſon, *& plenas nectare cellas,*
*iripuitq; aulas & Dædala tecta favoru*
*tque fame rabida mandit puriſſima mel*
*la autem denſo fremitu, penniſque coruſ*
*radonē circumvolitant, pugnamq; laceſſ*
*orſibus, & roſtris, & ſpicula cæca re*
*quunt*
*ffixa in venis, animasq; in vulnere pon*
*oſt hac triginta mactavit corpora dextrâ*
ſcalonitarum, *ſpoliisque ſuperbus ovaba*
*tque Idem junxit vulpes, caudiſque plic*
*lligat ambuſtos torres, ſegeteſque per alt*
*mmittit* Philiſtin; *ſubitoque extenditur*
*orrida per latos acies* Vulcania *campos.*

Rex Pluto veritus ne Sampſon mœnia Ditis 4.4.
Deſtruat, & Solymæ murorũ attollere moles 4.11.
Fatales tentet; Stygiis emiſit ab undis 11.6.
Invidiæ peſtem armatam ſerpentibus atris. 7.4.
Protinus hinc fuſcis triſtis dea tollitur alis, 7.
Atque Palæſtinæ terras urbesque reviſit 3.1.
Præcipiti delata Noto, tetrumque venenum 7.3.
Oſsibus immittit, penitusq; in viſcera lapſa eſt. 7.7.
Ergo Palæſtinæ è diverſis partibus, omnes 12.
Armati convenerunt; infanda furentem 8.
Regẽ ad ſupplicium præſente Marte repoſcunt. 8.
Correptum Abramidæ manibus vinclisque tenebant, G.4.
Atque Palæſtinis tradunt; illi undique circũ 3.
Vna funduntur, certantque illudere capto; 3.2.
Atque omnes vaſto circum clamore fremebant 6.
Quo rupes reboant, ſylvaque & magnus Olympus G.4.
Non tulit hoc Sampſon, ſed ſtupea vincula rumpens 2.2.
Acrior ad pugnam venit, & vim ſuſcitat ira; 5.
Tum pudor incendit vires, & conſcia virtus, 5.
Præcipitesque hoſtes ardens agit æquore toto 5.
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra; 5.
Atque omnes glomeratos circa, hinc cominùs atque hinc 9.
Proturbans aſini mala, dat perfida letho 9.12.
Corpora mille virum: furit aſper & improbus ira: 8.9.
Immanis veluti pecora inter inertia tygris: 9.

*dore fluens rapido quærebat in æſtu* 5. Ec.
*aqua ſaliente ſitim reſtinguere rivo ;* Ec. 5
*æ vitreo ſudant humore latebræ* G. 2
*mala, fons duro ex oſſe repente* 6. 5
*, arctes quo* Sampſon *temperat artus.* G. 2. A
*ortas* Gazæ *magnâ vi concitus aufert:* 9.
*em ingentem, poſteſque à cardine rupit* 10. 2
*s latis humeris ; nam morte necare* 9. 8
*den cives conjuravere ; ſed ipſe* 8.
*i prima quies medio jam noctis abacta* 8.
*lo expulerat ſomnũ ſurrexit, & urbis* 8.
*perrumpens, portas cum poſtibus altis* 2. 3
*& celſi curſu petit ardua montis.* 8.
*que dolos dirumque nefas in pectore verſans* 4.
*ſic loquitur, thalamoque hæc conjugis alto* 8.
*& dictis fallacem inſpirat amorem.* 8. 9

*Extremum hoc oro, miſera da munus amanti.* 4.
*Dixerat, & niveis hinc atque hinc blanda lacertis* 8.
*Cunctantem amplexu molli fovet; ille repente* 8.
*Accepit ſolitam flammã, notusque medullas* 8.
*Intravit calor, & labefacta per oſſa cucurrit.* 8.
*Senſit læta dolos, & formæ conſcia conjux.* 8.
*Tum pater infando devinctus amore fatetur* 8.12.
*(Ignarus* Dalilam *ſimulatâ mente loquutã)* 10.4.
*Invictum robur fatali in crine latere,* 10.6.
*Quo ſalvo non poſſe ligari, ea verba loquutus* 2.8.
*Optatos dedit amplexus, placidumque petivit* 8.
*Conjugis infuſus gremio per membra ſoporem.* 8.
*Egregia interea conjux dum nocte quietem* 6.7.
*Carpebat* Sampſon, *famulum vocat; ille jacentem* 7.9.
*Aggreditur, dextra crinem ſecat; iſta repente* 9.7.
*Intra tecta vocat* Philiſtin, *& limina pandit;* 6.
*Scilicet id magnũ ſperans fore munus amicis,* 6.
*Et cauſam exſtingui veterũ ſic poſſe malorum.* 6.
*Quid moror? irrumpunt, thalamo rapiuntque trahuntque* 6.4.
*Effodiuntque oculos miſero, vinclisq; coërcent* 1.6.
*Sed ſimulac crines crevere, in priſtina vires* 4.12.
*Sic rediere nova, ſibi mox, cunctisque futura* 12.9.
*Hoſtibus exitio, quamvis delubra* Dagonis 9.8.
*Lætitia; ludisque viæ, plauſuque fremebant;* 8.
*Neſcia mens hominum fati ſortisque futuræ,* 10.
*Et ſervare modum rebus ſublata ſecundis.* 10.
*Namque die ſolennem illo de more vetuſto* 8.
*Tritoni* Philiſtim *gens læta ferebat honorem.* 4.8.

*...q; oneratis lãcibus A*
*Thure calent Aræ ſertiſque recentibus hal*
*Tum lecti juvenes, puraque in veſte Sace*
*Viſcera toſta ferunt taurorum, onerantque miſtra*
*Lancibus, & libis, & vina liquẽtia fundu*
*Tum* Salii *ad cantus incenſa altaria circ*
*Populeis* 59 *adſunt evincti tempora ramis*
*Hic juvenum chorus, ille ſenum, qui carm laudes*
*Factaq;* Neptuni *tollunt, ut prima frement*
*Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti*
*Vtque illi imperium pelagi, proliſque marin*
*Sorte datũ, ut turpes paſcit ſub gurgite phoc*
*Vtque feras jungit curru, ſpumantiaq; ada*
*Fræna pater, manibuſque omnes effundit h benas,*
*Cum glauco per ...*

ſæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque 5.
'que alia comitū facies mandata capeſſunt. 5.1.
mperat ut fluctus, quum perſonat æquora concha: 1.6.
ı centum pater es natorum, teque parentem '6.7.
ntorum referunt: peperit tibi cærula conjux 1.8.
nnia ſub magna labentia flumina terra. G.4.
ı fidum evexti Delphinum ad ſidera, cujus 6.1.
uſa Amphitrite vinclo tibi juncta jugali eſt. 12.4.
ucta tuis manibus perjura mœnia Trojæ; 5.
ı nautas curas vaſtū maris æquor arantes. 3.
fer in optatos portus, dare tuta per undas 5.5.
la tibi liceat, curru da lora ſecundo 5.1.
lve magne Jovis frater, Saturnia proles, 8.5.
nos, & tua dexter adi pede ſacra ſecundo. 8.
Talia carminibus celebrant, ſuper omnia dirum 8.
adonem adjiciunt; cauſamque caputque malorum 8.12.
nterū patria penitus, jam ſub juga miſſum. 2.1.
mpla ſonant, vocumque offenſè reſultat imago. G.4.
ndem perfectis divinis rebus, in ædes 8.
noadē inducunt, ut caſſum lumine ludāt. 2.1.
: autem ad templū vaſta ſe mole movebat. 2.3.
unca manū pinus regit, & veſtigia firmat. 3.
ılneris impatiens inhoneſti maximus heros; 6.11.
c ſufferre valet ſæva ludibria gentis: 2.6.
arſere ignes animo, ſubit ira cadentem 2.
ciſci patriam, & ſceleratas ſumere pœnas. 2.

*Dixit, opemq; Dei non caſſa in vota vocavit*
*Nam Pater Omnipotens animum viresqu*
*precanti*
*Addidit, & ſtimulos acres ſub pectore vertit*
*Incumbens geminis multa vi postibus imis*
*Avulſus ſolvit radicibus, inde repente*
*Impulit, impulſi quo templi culmen in hoſtes*
*Procubuit ſubito, & cælum tonat omne fra*
*gore.*
*Semi-neces ad terram immani mole ſequuti*
*Occumbunt omnes pariter populiq; patresque*
*Matres, atque viri, pueri, innuptæque puella*
*Exanimes hoſtes inter jacet obrutus ingens*
Maonades, *placidaque ibi demum morte qui*
*eſcit:*
*Sic* Chriſtus *veniens dilectā inviſere ſponſam*
*Mactavit ſtygium valida virtute leonem.*
*Hinc velut ex apium tectis & crate favorum*
*Aërii extraxit mellis cœleſtia dona.*

*in pugnâ caſos, arcamque* Jehovæ 7.
*m*, & *totas acies cecidiſſe* Jacobi; 11.
*t exanimis, vitamq; exhalat in auras.* 5. 2.
*equitur* Samuel, *cujus tremefactus* Olympus 10.
*it precibus, micuere è nubibus ignes*; 9. 3.
& *nigrans commiſta grādine nimbus*, 4.
*nſas acies* Philiſtim *conterruit, atque* 3. 9.
*ibus totis verſos dare terga coëgit.* 9.
Agagum Samuel 60 *altaria ad ipſa trementem* 2.
*it*, & *ſublatū altè conſurgit in enſem* 9.
*iam ferro gemina inter tempora frontē* 9.
*t; impubesq; immani vulnere malas.* 9.
*us, ingenti concuſſa eſt pondere tellus.* 9.
*is artus, atque arma cruenta cerebro* 9.
*humi moriens; atq; illi partibus aquis* 9.
*put atque illuc humero ex utroque pependit*; 9.
*ceros artus, avulſaque membra rejecit.* 9. 5.
*iam Judicibus populus parere recuſat* 2.
*es, expoſcit regem, Pater ætheris alti* G. 4. A. 3
*r*, & Saulo Judæa *capeſcere regna* 10. 8.
*lit; huic* Samuel *oleo labente capillos* 11. 3.
& *ambroſiæ liquidum diffundit odorem*; 6. G. 4.
*ptrum*, & *trabeam, atque inſignia cætera regni*; 8. 11.
*libavit Regi, Regemque ſalutant* 1. 3.

textu *Samuelis lib.* 1. *cap.* 15. dicitur occiſus coram Do- eſt, coram Altari, quod ſignum fuit Dei præſentiæ.

Agmina qui Philiſtim ſubitâ formidine ſtra-
vit;
Ante alios omnes Davidi charus, & illum
Eſt ſolitus ſocium ſummis adjungere rebus.
His amor unus erat pariterq; in bella ruebant;
Huic habilem Jonathan humeris ſuſpenderat
arcum:
Dat propriam tunicam, laterique accommo-
dat enſem.
Aurea quin humeris circundat cingula bullis,
Cunctaque Davidi pandit ſecreta parentis.
Cumque iram Regis David fugiebat, amici
Complexus dextrã, dulciq; affatus amore eſt;
Hæſit inexpletum lachrymans, atque oſcula
fixit:
Cùm verò ingentem, atque ingenti vulnere
victum
In pugna audiſſet; ſciſſa flet veſte ſodalem
Exanimum, & lachrymans cecinit miſerabile
carmen.

*ı cæleſtis pandit ſecreta parentis.* 2.2.
*ntum* David *deflevit fata ſodalis,* 11.1.
*'um res hominum* Chriſtus *miſeratur*
Ieſus. 1.5.
avid *voluit fatis occumbere, verum* 2.
us *pro nobis indignâ morte peremptus;* 6.
*hic infandos caſus miſeratus* Adami, 1.
*ıic hoſtili voluit ſuccedere dextra.* 10.
*bat acuta ſilex præciſis undique * ſaxis* 8.
*ıca dorſo inſurgens, altiſsima viſu,* 8.
*um, nidis domus opportuna, volucrum;* 8.
*ſcopulum aſcenſu* Jonathan *ſuperavit,*
*& hoſtis* 2.1.
*ctat propius, qui nunc in vertice montis* 1.11.
*lunt, ubi planities, tutique receptus* 11.
*'xtra, lævaque velis occurrere pugna,* 11.
*ıſtare jugis, & grandia volvere ſaxa.* 11.
*ıvenis fertur nota regione viarum,* 11.
*ıibus montis faſtigia prenſat, & hoſtes* 6.2.
*'ero comitante petit; primosq; trucidat* 11.2.
*' ſomno; hic trepidum per caſtra tu-*
*multum* 1.2.
*ıt, immittitque fugam, ſubitumque ti-*
*morem;* 9.
*'er ſeſe multâ vi vulnera miſcent,* 5.
*ſeſe inſidiis captos, totamque putarent* 2.
ıidum *irrupiſſe aciem: ſub nocte ſilenti* 2.
*fugiunt, multi ſcopulis volvuntur ab*
*altis* 11.11.
*ıites, multi pedibus calcantur equorum.* 11.12.

'ide *Joſeph. antiqu. lib. 6. cap. 7.*

*Corpora, ſemineceſq; viros, tepidaque recen*
*Cæde locũ, & plenos ſpumanti ſanguine ri*
*At Rex tartareus diſperſos undique ci*
*Dilecta* Babylon, *rurſus collegit in arma,*
*Disjectosque duces, deſolatosque maniplo*
*Vocibus hortatur variis, ac talibus inſit:*
O Philiſtæ! *qua tanta animis ignavia ve*
*Quis metus ò nunquam dolituri, ò ſer*
*inertes,*
*Palantes* Jonathan *agit, atque hac agm*
*vertit?*
*Quo ferrum, quidne hac geritis tela ir*
*dextris?*
*At non in* Venerem *ſegnes nocturnaque be*
*Aut ubi curva choros indixit tibia* Bacchi
*Exſpectare dapes, & plena pocula menſa*
*Hic amor, hoc ſtudium; dum ſacra ſecun*
*aruſpex*
*Nunciet, at lucos vocet hoſtia pinguis in a*
*Talibus accenſi firmantur, & agmine de*

*ctaque acies, ac late fluctuat omnis* G. 2.
*renidenti tellus: nec dū horrida miſcent* G. 2.
*ia, ſed dubiis mediis* Mars *errat in armis.* G. 2.
Philiſtinus *vaſta ſe mole movebat* 3.
*ine* Goliah; *& magnis cum viribus effert* 5.
*gigas, magnoque virū ſe murmure tollit;* 5.
*caput tegitur, thoraca indutus ahenis* 11. 11.
*ebat ſquamis, ſurasque incluſerat ære:* 11.
*et apex capiti, triſtisq; à vertice flamma* 10.
*ditur, & vaſtis clypeus micat ignibus ingens.* 10. 11.
*ſummis referens annoſam montibus ornum,* 10.
*quercum aëreum, vel coniferum cypariſſum,* 3.
*bidus ingreditur campo, clypeumque ſiniſtra* 10. 10.
*ulit ardentem, & dextra quatit improbus haſtam;* 10.
*nditque humeros latos, alternaque jactat* 5.
*chia protendens, & verberat ictibus auras.* 5.
*is prima Gigas caput altū in prælia tollit.* 5.
*eritur huic alius, nec quiſquam ex agmine* Judæ 5.
*det adire virum, manibusque laceſſere pugnam,* 5. 11.
*potius jaculo, & longe fallente ſagitta,* 9.
*am conferre manum, & ſtricto concurrere ferro.* 9. 10.
*velut ille canum morſu de montibus altis* 10.

...e ... iniqua trajci, propiusve accedere virtus
Sed jaculis tutisque procul clamoribus instan...
At non hæc nullis, hominum ſator atqu...
deorum,
...bſervans oculis ſummo ſedet altus Olympo
...eſſiadem genitor Davidem in prælia ſæva
...uſcitat, & ſtimulis haud mollibus incita...
iras.
...unc genuit Jeſſe, Jeſſen ſuſcepit Obedus,
...uem Ruth ex Boaz conceptū candida fudit.
...ic David forma inſignis viridique juventa,
...anigerum cuſtos ovium: qui ex ore leonis
...ripuit pecudē, atque informē perculit urſam
...ervidus, & fulva moribundam extendit
arena;
...ujus tres fratres primis huc miſit ab annis
...auper in arma pater; rediens ab ovilibus; ipſos
...iſendi ſtudio accedit, lætusque ſalutat.
...ce iterum ingenti ſeſe clamore ferebat

*?iſque viris gerere? an non funera fuſi* 11. 11.
*idiſtis adhuc? en quãtas civibus urbes,* 11. 12.
*oties ferro vaſtavimus arva colonis!* 8. 11.
*lerum pœnas ſatis expendiſſe merentes* 11. 2.
*itis, & ne armis concurrant arma ca-*
*vetis;* 2. 11.
*e aliquem infandum caſum* Judæa *ve-*
*reris,* 8.
*atres, miſeraque nurus, & chara ſororum* 11.
*ra mærentum, purique parentibus orbi* 11.
*m execrantur bellum Patriaque ruinas;* 11.
*nite, atq; auferte metus, ego fœdera faxo* 12.
*a manu; mihi jus ſoli contendere. Sed*
*quis* 12. 4.
*obis, audet ſoli concurrere ferro* 11. 12.
umidæ, *& ſævis diſcernere cominus ar-*
*mis,* 11. 12.
*quibus imperitent? ſi me ſpoliaverit ho-*
*ſtis* 5. 11.
*nam habeat, regni primos ſibi ſumat ho-*
*nores;* 4. 3.
*n patres populique mei victique penates* 11. 4.
*is parebunt dominis, & juſſa capeſcent:* 8. 4.
*ego ſi victor fuero, parete volentes* 8. 4.
*ite jus proprium nobis, & regia ſceptra;* 11. 7.
*tis pacem, & dextras tendatis inermes.* 11.
*anima viles, & inertia corda, quid ultra* 11. 3.
*vehar? an nemo eſt ex toto hoc agmine,*
*nemo* 3. 11.
*i ſolidi quid* Martis *habet? cui vivida*
*virtus.* 11.

[illegible] candentem
*tulit* Iſacides, *ad regem admittier orat;*
*[illegible]citer venerans demiſſo lumine fatur:*
*[illegible]me Rex, noſtris hæc ne ſpectetur ab annis*
*ferimus tibi nunc, neque enim, fortiſsime credo,*
*aliena pati, & dominos dignabere tales;*
*pugnam, aut aliquid jamdudum invadere magnum*
*agitat mihi, nec placida contenta quiete eſt;*
*que hodiè victor ſpolia illa cruenta gigantis*
*[illegible]ut hirſutum referam, noſtrique doloris*
*[illegible]ro, aut ſtatui certæ ſuccumbere morti.*
*[illegible]is Rex hæc placido ſic reddidit ore:*
*[illegible]ans animi juvenis, quantum ipſe feroci*
*e exſuperas, tanto me impenſius æquū eſt*

*membris, nec mole vales; aſt ille* Goliah 5.
*a tenēs, ſocios humero ſupereminet omnes,* 9. 11.
*viſu facilis, nec dictu affabilis ulli.* 3.
*tiam bello egregius, nunc aſpice quantus* 1. 11.
*ypeum aſſurgat, quo turbine torqueat ha-*
*ſtam.* 11.
*puer tali audebis concurrere monſtro?* 1.
*idit* David; *pecudes dum forte paternas* G. 3. A. 11
*ibus in ſolis paſcebam, & rupe ſub altâ* G. 1. E. 1
*ar longos cythara cantuque labores;* G. 1. A. 1
*r, acerba tuens, pecudem leo dente fu-*
*gacem* 9. 10.
*at hians immane, comasque arrexit, &*
*haret* 10.
*ribus ſuper accumbens; ego fervidus ira* 10. 8.
*a manu rapui, tremulumque ex ungui-*
*bus agnum* 8. 4.
*ſi, & proprio proſtravi* Marte *leonem;* 8. 11.
*ſam mea dextra neci dedit, anne ve-*
*rebor* 11. 12.
*hominem* Cyclopem, *tot crimina vana*
*vomentem?* 8. 7.
*aput infandum hac dextra ſub Tartara*
*mittam,* 12.
*rum horrendum, ingens: ſedeant ſpe-*
*ctentque* Philiſtæ, 3. 12.
*us ferro crimen commune refellam:* 12.
*abeat victos, cedat ſibi regia* Judæ. 12. 8.
*atus propriam ex humeris dejecit ami-*
*ctum,* 5.
uli *galeam, clypeique inſigne decorum* 2.

*nſignem facie, & formoſo corpore, ſecum*
*ndignans puerū increpitat, pueroq; minatur*
*Quo, moriture, ruis, majoraque viribus au*
*des?*
*Fallit te incautum pietas tua, robore cocto*
*Me petis? anne virum puer impar viribu*
*audes*
*rritare? animo ſpem turbidus hauris inanen*
*nfœlix, nec ferre vides tua gaudia ventos.*
*An tibi cum canibus res eſt, quos ſtipite cadas*
*Diique Deaque mea perdant te, perfide; cert*
*Efficiam poſthac ne quemquam voce laceſſas.*
*Haud tibi cum* Solymis *rem faxo & pub*
Canaan
*Eſſe putes, longo domuit quos* Joſua *bello:*
*Hanc totis haſtam adverſo ſub pectore condam*
*Viribus, atque atro tua membra fluentia tabi*
*Mox canibus lanianda dabo, nō optima mater*
*Condet humi laceros artus, avulſaq; membra*
*Alitibus liquere feris. aut gurgite merſum*

*s*, & *ſparſa ad pugnam præludit arena.* 12.
avid *vultum immanem*, *vocesque ſu-*
*perbas*, 2. 10.
*'us ſtupet in monſtro*, *corpusque per in-*
*gens* 10.
*'na volvit*, *obitque*, *truci procul omnia*
*viſu.* 10.
*us & dictis it contra dicta tyranni.* 10.
*i amare*, *quid increpitas*, *mortemque*
*minaris ?* 10.
*em in cæde nefas,nec ſic ad prælia veni :* 10.
*tua dicta ferox me terrent fervida*,
*quamvis* 2.
*aris clypeo, fidoque accingeris enſe ;* 3. 7.
*n immane manu quatiens procedis in*
*æquor*; 12. 12.
*'go divino auxilio* Jovis *armipotentis* 8. 6.
*is quem dictis laceras ; in prælia veni ;* 5. 10.
*vereor faciem inviſam*, *atque immania*
*membra ;* 9.
*animam mea dextra tuam detrudet ad*
*orcum*, 9. 12.
*que diſpergam cerebro permiſta cruento ;* 10.
*ue tuo gladio caput à cervice revellam*, 9. G. 4.
*ibusque feris tua membra epulanda re-*
*linquam*, 9. 4.
*e canes* Philiſtim *ſpargam.* 10.
*'um verò* Cyclopi *furiis exarſerat atro* 8.
*: dolor*, *dente infrendet*, *puerοque propin-*
*quat ;* 8. 10.
David *rapido curſu fuit obvius illi.* 12. 8.

... ingenti Syla, ſummove Taburno
*Quum duo converſis inimica in prælia tau*
*Frontibus incurrunt, pavidi ceſſere magiſt.*
*Stat pecus omne metu mutum, muſſantq*
*juvencæ*
*Quis pecori imperitet, quem tota armenta*
*quantur.*
*Corripit extemplo* David *ſub veſte lapillum*
*Et fundam tereti circum caput egit habena*
*Altius inſurgens, & curſu concitus heros*
*Eminus intorquet, murali concita nunquan*
*Tormento ſic ſaxa fremunt, nec fulmine tan*
*Diſſultant crepitus, volat atri turbinis inſt*
*Saxum fatale, & gemina inter tempora fro*
*tem*
*Dividit, eſſrectumque eſſundit in arma cer*
*brum.*
*Ipſe gravis, graviterq; ad terrā pondere va*
*Concidit, ut quondam cava concidit, aut* Er
mantho

*ructam jaciunt ponto: ſic illa ruinam* 9.
*i trahit, penitusq; vadis illiſa recumbit;* 9.
*nt ſe maria, & nigræ attolluntur arenæ.* 9.
*ſonitu* Prochyta *alta tremit, durumque cubile* 9.
*me,* Jovis *imperiis impoſta* Typhæo. 9.
*urgunt gemitu* Philiſtim, *totusque remugit* 12.
*circum, & vocem late nemora alta remittunt.* 12.
*ilat* Ishaſides, *lapſoque ſupervenit; enſemque* 12.10.
*t à femore, & morienti fervidus inſtat:* 10.
*ſuper aſſiſtens lævo pede colla repreſſit* 10.12.
*n inter galeam, ſummi thoracis & oras* 12.
*ilit enſe caput, truncumq; reliquit arenæ.* 12.
*nplo turbata acies, verſique* Philiſtæ 11.
*erulenta fuga trepida dant terga per agros:* 12.
midæ *hos curſu pariter telisque ſequuntur;* 9.
*itur ater ubiq; cruor, fugientia ſternunt* 11.
*ra multa virûm, ſtridentque haſtilibus auræ.* 12.12.
*animes volvuntur equi, ferit æthera clamor* 11.3.
*ntum juvenum, & duro ſub* Marte *cadentum.* 12.
*andem puero victoria ceſſit inermi.* 6.12.
*aud aliter genus humanum Regnator* Averni 1.6.4.

*errıbilem criſtis galeam, flammasque vomentem*
*oluit, aut calatam argento ferre bipennem;*
*le crucis robur nodis & cortice crudo*
*orrens, tum verbi fundam cæleſtis, & alta*
*ulnera quinque gerens, pro duris quinque lapillis*
*eſcendit ducente* Deo *flammam inter & hoſtes;*
yclopem *petit, in ſolo* Cyclope *moratur;*
*uem ferit, atque uno dejectum cominus ictu*
*roterit, & nigro porrectū extendit in antro.*
*vulſitque humeris caput, & quatit agmina Ditis;*
*nmiſitque fugam cunctis, atrumq; timorem:*
*c velut* Edoni Boreæ, *quum ſpiritus alto*
*ſonat* Ægæo, *ſequiturque ad littora fluctus*
*ua venti incubuere, fugā dant nubila cælo:*
*c* Chriſtus *quacunque viam ſecat, agmina*

*Intentans mortem formidine crimen acerbat,* 1.11.
*Nempe affectati Regni, violentia* Saulo 3.12.
*Gliſcit,* & *inſontem terris agitavit* & *undis.* 2.12.
*Cumque ferebatur furiata mente tyrannus,* 2.
*In* Juvenem *totis ſtridentem viribus haſtam* 10.
*Conjicit; ille ictum venientem à vertice velox* 5.
*Prævidit, celerique elapſus corpore ceſſit:* 5.
*In ventum* Saulus *vires effudit* & *iras.* 5.
*Sic olim ſcelerum furiis vexatus eundem* 4.4.
*Muſarum accerſit comitem, (cui carmina ſemper* 9.
*Et cithara cordi, numerosq; intendere nervis:* 9.
*Semper equos, atque arma virûm* Jovam*que canebat)* 9.
*Solando ut triſtem pellat teſtudine morbum.* 4.G.4.
*Ille autem cantu ferventes mitigat iras* G.I.A.5
*Regis,* & *arguto demulcet pectine mentem.* G.I.A.6
*Sed poſtquam rurſus ſontem ſuccincta flagello* 6.
Tiſiphone *quatit inſultans, torvosque ſiniſtra* 6.
*Intentans angues, vocat agmina ſæva ſororum;* 6.
*Flectere quod nequeat Superos,* Acheronta *movere* 7.
*Incipit,* & *magicas accingitur impius artes,* 4.
*Nocturnosque ciet* Manes *animamq; ſepulchro* 4.3.
*Evocat ex imo* Samuelis, *ut omine firmo* 4.2.
*Venturum expediat bellum, eventusque ſecundet* G.4.
*Nam* Saga *nube cava tenuem ſine viribus umbram* 10.
*In faciem vatis (viſu mirabile monſtrum)* 10.

*miris,*
*Dum levis è terra latebris aſcendit in*
*Quæ* Saulo *trepidanti hæc triſtia dicta*
*tat:*
*Cur me ſollicitas placida jam morte q*
*Deque loco umbrarum, ſomni, noctisq;*
*Cur revocas? an ut fatorum arcana re*
*Expediam triſtes caſus, venturaque be*
*Tum graviter frendens ſic fatis ora reſ*
*En te terribiles exercent numinis iræ;*
*Magna lues commiſſa, ideo das impr*
*nas.*
*Fers animum cœlo, ſpe multum captus i*
*Canitiemque tibi, & regnum promitt*
*annos:*
*Sed tibi jamdudũ Deus adverſatur, &*
*Eſt factus, juſsitque tuo ſuccedere regn*
Davidem, *quia ſprevisti mandata* Jeh
*Nec voluisti* Amalek *ſceleratam exſ*

*Et ferruginea nabis cum prole carina.* G.4.A.6
*Dixit: & ex oculis ſubito, ceu fumus in auras* G. 4.
*Commiſtus tenues fugit diverſus ; & alter* G. 4.
*Dum prenſat, necquicquam umbras & multa volebat* G. 4.
*Dicere, defecit luctu, calor oſſa reliquit.* 11. 3.
*At verò, infœlix docuit poſt, exitus illum* 5.
*Non perturbandos cineres,* Maneſque *ſepultos,* 4.
*Nec contemnendum ſtellati numen Olympi.* 8. 4.
*Namque ingens orta eſt cædes, deletaque tota* 11. 11.
Abraimidûm *fugientûm acies; cecidere cruenta* 10. 11.
*Tres Regis nati in pugna : Rex ipſe ſagitta* 12. 11.
*Saucius infeſta fugit ; ſed vulnere tardus* 12. 2.
*Sævit, & infracta luctatur arundine telum* 12.
*Eripere ; at tantũ impatiens ſufferre laborem,* 12. E. 2.
*In ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens* 10.
I*nduit, & crudum per coſtas exigit enſem.* 10.
*Illum exſpirantem ſocii, atque extrema gementem* 11.
*Obliti ignoto camporum in pulvere linquunt.* 11.
*Accurrunt* Philiſtim *, ſpoliantque calentia membra ;* 12.
*Dumq; hi per campos ferro quæ fuſa jacebant,* 11.
*Corpora nudabant,* Saulum *quoque morte peremptum* 11. 6.
*Inveniunt, armis ſpoliant, criſtaſque rubentes* 11. 12,
*Sanguine corripiunt ; caput à cervice revulſum* 6. G. 4.
*Haſtæ præfigunt multo clamore ſequentes.* 9.
*Quin etiam ingentẽ muris ſine nomine truncũ* 2.
*Affigunt ; ſic jam potiuntur corpore & armis.* 12.

*Et* Jonathan *fratresq; tulit, fortiſſima*
*Pectora quæ toties domuerunt* Marte
*Infidos hoſtes, genus intractabile bello.*
*Heu nihil invito fas quenquam fidere*
*Poſt* Saulum, David Judææ *ſceptra c*
*Terrenam hic* Solymam *multâ vi cæp*
Arcam
*Intulit ingenti pompa; namque ipſe pr*
*Auratam pulſans cytharam, pedibusqu*
*raas*
*Plaudendo,* Jovæ *reſonabat carmine la*
*Innumeras urbes bello disjecit, & hoſtes*
*Vndiq; perdomuit dextra, & fælicibus a*
*Non ulla hunc facies, non terruit ipſe* G
*Arduus, arma tenens; non hunc rat*
*egentem*
*Experti* Philiſtim, Jebus, *civesque* Dama
*Et quos mille die victor ſub tartara miſit*
*Hic voluit* Jovæ *ſolido de marmore templ*

Seditione potens, Jeboſthũ ad ſceptra vocavit. 11.11.
Dumque Joab lateri capulo tenus abdidit
enſem 2.
Abneri, poſtquam rex hunc ſibi fœdere junxit. 11.
Dum Regi thalamum Bethsbehæ invadere
Pluto, 6.
Atque neci inſontẽ ſuadet demittere Uriam; 2.
Dumque Amnon violat germana jura pu-
doris; 4.
Quẽ frater ſcelere ante alios immanior omnes 1.
Abſalon ad menſam ferro ſuperavit inermẽ. 1.
Conſulit Achitophel habitus non futilis au-
thor 11.
Conſiliis juveni, patrem detrudere regno, 11.6.
Atque immane nefas thalamum incaſtare
* noverca 6.10.
Et cui regnandi inceſſit tam dira cupido G.4.G.1.
Patris in exitium conjurat deinde nefando 8.8.
Conſilio; quid non mortalia pectora cogis 3.
Regni ſacra fames? ſed divûm æterna po-
teſtas 3.10.
Omnia diſcerpens, & nubibus irrita donans 9.
Conſilia, hos ventos nutu, & tumida æquora
placat; 1.
Et Regi ſuperare dedit diſcrimina cuncta. 3.1.
Nam nodo informis lethi vocemque animam-
que 12.10.
Ipſe ſibi Achitophel rapuit; mox Abſolon ipſe 10.
Pro ſcelere immani in patrem, pro talibus
auſis, 2.

* Enallage numeri.

*Ora puer prima ſignans intonſa juventa*
*Cæſariem effudit nitidam per candida col*
*Aſt audax animus fuerat, patiensque per*
*Hic poſtquam vidit ſocios excedere pugna*
*Hoſtes victores nullo diſcrimine cædem*
*Edere, totque duces vitam diſpedere in au*
*Haud mora, converſis fugiens aufertur*
*benis.*
*Qui dum quadrupedem ferrata calce fati*
*Per ſylvas, late dumis atque ilice nigra*
*Horrentes, dederatq; comã diffundere ven*
*(Nam galeam ſudore madens abjecit ina*
*Ah puer infœlix! annoſa brachia quercus*
*Vibratas calido ferro, myrrhaque madente*
*Implicuere comas; ramo frondente pepend*
*Terrã inter cœlumque miſer, tunc tela* Joa
*Pectore in adverſo juveni tria condidit oll*
*Vna eademque via ſanguisque animus*
*ſequuntur;*
*Reddita ſic pax eſt cæde hac patriæque*

*Alba liguſtra velut juxta vaccinia nigra*; Ec. 2.
*Cujus prævalidum tranſit præcordia ferrum*, G. 2. A. 9
*Spiramenta animæ lethali vulnere rumpens*; 9.
*Sanguinis hinc ſpumans in terram labitur amnis*; 11. 6.
*Hoc ſacro miſeros mortales fonte lavabat*, 11. E. 3.
*Et genus humanum morte hâc à morte reduxit.* 1. 4.
*Sic cædes* Chriſti *fuit inviolabile pignus* 2. 11.
*Pacis, & æterni nobiſcum fœderis, ergo* 8. 11.
*Morte hujus vivens alieno vulnere ſervor.* 11.
J*amque nova in Regem cives Dux* Sheba *rebelles* 12. 12.
*Seditione movet, ferro hunc ultrice* Joabus 11. 4.
*Inſequitur magna juvenum comitante phalange.* 1. 1.
*Ille* Amaſam *incautũ crudeli vulnere ſternit*, 1. 6.
*Dum tenet amplexum, dumque oſcula figit amico*; 8. 1.
*Nam ſubito validum per coſtas exigit enſem.* 10.
*Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam* 11.
*Mandit humum, moriensque ſuo ſe in vulnere verſat.* 11.
J*am ſeſe muris portisque incluſit* Abelis 8. 9.
Shebo *timens campo ſe credere; protinus inſtant* 9. 1.
Judæi, *atq; animis pariter certantibus, omnes* 12.
*Dant cuneum, magnaque ad muros mole feruntur*; 12.
Shebã *ad ſupplicium præſenti* Marte *repoſcũt*: 8.

mœnia pars urbis vallant, atque aggere cingunt.
Exoritur trepidos inter diſcordia cives,
Vrbem alii reſerare jubent, & pandere portas
Judæis, alii pergunt defendere muros.
Incluſas ut quum latebroſo in pumice paſtor
Veſtigavit apes: fumoque implevit amaro:
Illæ intus trepidæ rerum per cerea caſtra
Diſcurrunt, magniſque acuunt ſtridoribus iras;
olvitur ater odor tectis, tum murmure cæco
ntus ſaxa ſonat: vacuas it fumus ad auras.
ic annis gravis atque animi matura virago :
ectora permulcet dictis, & temperat iras 5
Ductoris; Shebæ caput à cervice reciſum G.4
ejicit è muris; ſic bello liberat urbem. 8
Iamque Palæſtini rurſus bellare parabant: :
ndique convenere, ipſi in certamina rurſus 11
ccedunt, animasque in aperta pericula mittunt.

*Sive* 62 Deæ *ripis*, Tameſin *ſeu propter amœnum* 9.
*Quatuor aſſurgunt quercus, intonſaque cœlo* 9.
*Attollunt capita, & ſublimi vertice nutant.* 9.
*Has acies, atq; hos juvenes victricibus armis* 11. 3.
*Disjecit* David; *vicinas undique gentes,* 8. 7.
*Et frænum accipere, & victas parere coëgit.* 12.
*Multa tulit* David *vita diſcrimina,* Chriſtus 1.
*Et paſſus graviora, dedit* Deus *his quoq; finẽ.* 1.
*Nam ſtigiam rabiem domuit, regna invia vivis* 1. 6.
*Aſpexit; tenebras, ſomnũ, noctemq; ſoporam* 6. 6.
*Et* Chaos, *&* Phlegethontis *aquas virtute ſubegit.* 6. 6.
*At caligabant* Davidis *lumina fronsque* G. 4. A. 2
*Horrebat rugis, humeros infuſa tegebat* 7. 4.
*Nix, & purpureus quondã color ora reliquit.* 11.
*Et quia jam morbi ſubeunt, triſtisq; ſenectus* G. 3.
*Debilitat vires animi; mutatque vigorem:* 9.
*Vngitur in Regẽ* Salomon, *quem regia mula* 6. 12.
*Mœnia præclaro invexit* Solymæa *triumpho.* G. 4. A. 8
*Lætitia, ludisque viæ, plauſuque fremebant;* 8.
*Clauditur interea barathri domus atra profundi,* 8. 3.
*Et centum æratis vincitur* Pluto *catenis,* 1. 8.
*Ne bello* Solymæ *pacem, vel fœdera rumpat,* 12.
*Aurea dum* Salomon *molitur tecta Tonanti.* 6. 7.
*Dumque fruebatur jucundo hoc lumine, diræ* 4. 6.
*Clauſæ ſunt belli portæ compagibus arctis:* 1.

62 Amœniſſimus in *Scotiæ* fluvius, *Salmonum* piſcatu nobilis, præterlabitur *Aberdenium*.

*geват*

*Templum immane, ingens, variis ſublime co-*
*lumnis*
*Extruxit donis opulentum, & numine* Jovæ.
*Inſtar montis erat nivei ſpectantibus, utque*
*Sole repercuſſo radiabat candida nubes*
*Marmor, & auratis ardebāt culmina cruſtis.*
*At domus interior quâ Majeſtate refulſit?*
*Argenti atque Æris memorem quid multa*
*talenta?*
*Quidve Auri facti atque infecti pondera di-*
*cam?*
63 *Crateras magnos, menſas, lancesque,* 64 *co-*
*ronasque*
*Et picturatas* 65 *veſtes, oſtroque rigentes,*
*Palmas, & cedrum, variosque ex ære lebetes,*
*Poculaq; argento perfecta atque aſpera ſignis;*

63 *Crater* vaſis genus poculo capacius, cujus uſu|lum in libationibus & ſolennioribus epulis: eſt etia|quo cibus coquitur, vel menſæ apponitur: terra rul|ter, pocula fagus erant. *Ovid. 5. feſt.* 64 Non eſt

*arico poſtes auroque atque ære ſuperbos ;* 8.
*:tasque trabes, gemmas, pictosq; tapetas.* 2. 7.
*:rea ſtabant duo magna Altaria, quorum* 6. 4.
*uro tectum fuit, illud ære coruſco.* 7. 2.
*er & labrum bis ſenis bobus ahenum* 8. 5.
*ixum, ramos, aurataque brachia pan-*
*dens.* 1. 6.
*pas per Templum flammarum fulgura*
*ſpargit* 4. 9.
*:rum forma juvenum fulgentibus hærent* 6. 2.
*:tibus, lucent alæ, & fulgore coruſcant.* 2. G. 4.
*:nt cuncta auro, flores cælantur in auro* G. 4. A. 1
*tus forceps, aurata thuris acerra,* 8. 5.
*:a textilibus fulgent penetralia donis.* 3. 6.
*aque præterea Regali ſplendida luxu* 1. 1.
*lis porticibus, thalamis, foribusque ſu-*
*perbis,* 3. G. 2.
*atis trabibus, laquearibus inſuper aureis* 2. 1.
*plo contigua, & 66* Pario *de marmore*
*ſtruxit.* 10. 1.
*: ſceptra accipere, & primos attollere*
*faſces* 7.
*bus omen erat, hoc illis curia 67 Templũ;* 7.

Hic marmor *Parium* pro præſtantiſſimo : ſic *Lycias* ſagit-
ımo namque ſpeciem pro genere. 67 Do uum Regis
o fuiſſe conjunctum, colligitur ex *verſu* 9. *lib.* 1. *Reg. c.* 7.
xtenditur uſque ad atrium Templi majus , ſeu exterius.
us autem *Regis*, domus ſaltus *Libani*, & domus *Reginæ*, non
at tria ædificia , ſed unum in tres partes diſtinctum , ut
it *Pineda* de rebus *Salom. lib.* 5. *cap.* 6. Hic loca erant deſi-
ad jus dicendum, ad convivia, ad arma cuſtodienda: ba-
erat magna & pulchra, &c. quam ad cauſas forenſes agi-
s, & lites decernendas condidit, &c. In ejus medio ædes
rata, &c in ea tribunal magnificum, ubi Rex jura redde-
*Joſeph. antiq. lib.* 8. *cap.* 2.

*Et ſcuta, & galeas, & pharetras plenaſque ſa-*
*gitta,*
*Affixit ſacris hæc omnia poſtibus arma.*
S*ic* Chriſtus *poſtquam poſito certamine gentes*
*Pacavit, templum vivo de marmore ſtruxit.*
*Hic velut in labro liquidis nos abluit undis ;*
*Hic fulvum vita inculpata fulgurat aurum.*
*Non* Salomonis *opes, Templive opulentia de-*
*ſunt :*
*Non lampas totum colluſtrans lumine Tem-*
*plum,*
*Agminis aligeri non aurea turba, nec arma :*
*Non liba, & lances, & plena pocula mēnſa ;* G
*Non epula luxu regali ante ora parata :*
*Hic quoque farre pio, & plena veneramur*
*acerra*
*Annua vota etiam, ſolenneſque ordine pompas*
*Exequimur, ſtruimuſque ſuis altaria donis.*
*Hic eſt cana fides, hic curia legibus æquis ;*
J*ura Magiſtratuſque vigent, ſanctuſque ſe-*

*penum ſtruere, & flammis adolere pe-*
*nates,* 1.
*ipibus menſas onerare, & fundere vinū.* 1. 5.
*diem clauſo componet veſper* Olympo. 1.
*l dicam uxores, thalamos, lectosque ju-*
*gales,* 4.
*meras urbes, æquatas nubibus ædes,* 6. 4.
*trios croceis halantes floribus hortos,* G. 4.
*ntes quas tum magnâ ditione tenebat?* 2.
*l picturatas veſtes, quid tegmina dicam* 3.
*a? tum croceas, chlamydesque* 68 *ſinuo-*
*que crepantes* 11.
*aſeos, Tyrioque ardentes murice* 69 *lanas,* 11. 4.
*unicas molli* 70 Memphis *quas neverat*
*auro.* 10.
*trabeas variis gemmis oſtroq; micantes,* 7. 1.
*xorum quas turba operum haud ignara*
Minervæ 5.
*it acu, & tenui telas diſcreverat auro.* 11. 10.
*e tot egregias arces operumque laborem;* G. 2.
*ongeſta manu præruptis oppida ſaxis.* G. 2.

8 Ad majorem magnificentiam probabile eſt, *Salomonem* ſſe omnia veſtium genera, quæ res *Aegyptia* byſſus vel ſe- bombyx ſuppeditare, aut *Tyrus*, *Sydon*, *Seres*, aliæque nciæ peregrinæ exhibere potuerunt. 69 *Læna* veſtis , quo *Flamines* uti ſolebant inter ſacrificandum. *Cicer. de orat.* *Chlamys* autem veſtis militaris pallio brevior; ipſe e *Pallas* in medio chlamyde, & pictis conſpectus in ar- *Virgil. Aeneid.* 8. 70 Ob veſtes pictas & variegatas olim es fuere *Babylon* & *Aegyptus*. Hæc ibi *Memphitis* tellus dat ra; victa eſt pectine *Niliaco* jam *Babylonis* acus. *Martial.* um tot uxores & concubinas habuerit, *Aegyptias*, *Tyrias*, *Si-* , luxui & lautis veſtibus conficiendis intentas: ſine dubio tiſſimas illi veſtes ſuppeditarunt.

[illegible]
*umbris ;*
*Haud procul hinc urbs eſt in rubro littore dicta*
72 Berenice, *ſalſa ſpumant aſpergine muri ;*
*Portus ab acceſſu ventorum immotus, & apta*
*Navigiis ſtatio, nec non navalibus, omnis*
*Materies quippe ad littus jacet ; huc* Salomoni
*Mittit* Hiram *artifices, qui ſcirent ſtringere remos*
*Et ſylvis aptare trabes, & texere naves.*
*Inſtant ardentes* Tyrii, *ſtabula alta ferarum*
*Antiquasq; domos avium cum ſtirpibus imis*
*Et nemora evertunt multos ignava per annos.*
*Procumbunt pini, ſonat icta ſecuribus ilex,*
*Fraxineaque trabes : cunis & fiſſile robur*
*Scinditur : hi pandas ratibus poſuere carinas,*
*Illi tranſtra novant, hi ſecto robore coſtas*
*Intexunt, aptant alii remosque rudentesque*
*Ergo omnes poſtquam pelagus tenuere carina,*
*Proſequitur ſurgens à puppi ventus euntes.*

*Atque ſinus, crebriſq; legunt freta cōſita terris.* 3.
*Eſt alio ſub Sole jacens ditiſſima terra,* G.2.G.2
*Quæ nempe argenti rivos æriſque metalla* G.2.
*Oſtendit venis, atque auro plurima fluxit,* G.2.
*Hic medium luci atque umbris Sol dividit orbem;* G.1.
*Atque dies ſomnique pares hic conficit horas:* G.1.
*Noſque ubi primus equis Oriens afflavit anhelis,* G.1.
*Illic ſera rubens accendit lumina veſper.* G.1.
*Hic Ver aſſiduum, atq; alienis mēſibus æſtas;* G.2.
*Bis gravidæ pecudes, bis pomis utilis arbos.* G.2.
*Hic urbes habitant magnas uberrima regna,* 3.
*Has* Salomon *ſuaſit terras tentare repoſtas* 3.
*Tandem poſt varios terraque mariſq; labores* 2.5.
*Aurifera claſſis* 73 Sumatræ *allabitur oris.* 6.6.
*Obvertunt pelago proras, tum dente tenaci* 6.
*Anchora fundabat naves, & littora curvæ* 6.
*Prætexunt puppes, juvenum manus emicat ardens* 6.
*Littus in optatum: pars auri quærit arenas,* 6.G.2.
*Atque alia in terra venis abſtruſa metalla:* 6.8.
*Pars* 74 *ebur, ac ebenum nigrum, gemmaſque micantes* G.2.10
*Navibus aurum ingens ſtipant, ſectumque elephantum* 3.

73 Quidam hanc volunt eſſe veterum *Taprobanem*, alii *Teilan* inſulam malunt; quidam in aurea *Cherſoneſi Ophir* collocant, & ego hic malim quàm in *Peru*. 74 Per *Ebur*, dentes elephantinos, per *ſectum elephantum*, oſſa elephantina in laminas ſecta intelligo: vide *Plin. lib.* 8. *cap.* 3. Datur etiam ebur foſſile, *Plin. lib.* 36. *cap.* 18. dentes hippopotami ebori pares, imo præſtantiores, *Scalig. exercit.* 187. 2.

At-

*Ergo Rex* Salomō *fuerat ditiſſimus omnium,*
*Dives eqûum, dives pictai veſtis & auri,*
*Innumeros habuit currus, lectosque jugales*
*Semine ab atherio, ſpirantes naribus ignem,*
*Qui candore nives anteirent, curſibus auras.*
*Quid memorem aurigas, quique in præſepibus altis*
*Quadrupedesque citos curant, manibusq; laceſſunt*
*Pectora plauſa cavis, & colla comātia pectunt*
*Alipedum ſtratorum oſtro pictisque tapetis.*
*O fortunatum Regem cui miſit ab* Euro
*Extremi ſinus orbis opes; cui vellera* Seres
*Depectunt foliis; cui* [76] Tharſis *ſervit &* Ophir;
India *mittit Ebur, molles ſua thura* [77] Sabæi;
*Dant* [78] Arabes *gemmas,* Ægyptus *carbaſa,* Juda

75 Plerique reddunt vocem *Thukim*, Pavones; alii ſ
quoddam genus; alii Pſittacūm interpretantur; *Joſephus*
pica mancipia. 76 *Tharſi* & *Ophir* ſunt diverſæ

*at odorato ſudantia balſamo ligno.* G. 2.
*fultum gradibus ſolium lucebat eburnũ*, I. II.
*um armis, totumque hoc circum amplecti-*
*tur aurum*; I. 5.
*z gradibus duodena horrebant ora leonũ.* G. I. II. 8
*'c more dabat populis Rex jura vocatis.* 7.
*'na fuit Regis* Salomonis *gloria, magni* 6. 3.
*ſauri, at longe major prudentia rerum.* I. G. I.
*c fama illuſtri multis memoratur in oris*; 7.
*e circum late volitans adlabitur aures* 7. 9.
*ina* Æthiopum 79 Candaces, *cujus ad*
Indos, I. 6.
s*que* Arabes *longe lateque patebat* G. 2. A. 6
*num*, & 80 *thuricremos tenuit ditione* Sa-
bæos. 4. I.
*cupiens pompam* Salomonis & *ora tueri*, 5. 6.
*'pellare virũ*, & *doctas expromere voces*; 2.
*tendit* Solymam *magna ſtipante caterva* I. I.
*'a ferens*; *caſſiam, gemmas, aurique ta-*
*lenta.* 7. II.

) Hoc ſuiſſe commune nomen reginarum in inſula *Meroë* ıt *Plinius lib.* 6. *cap.* 29. Probabile eſt reginas *Aethiopum* hoc ine vocatas: *Strabo lib.* 17. *Petronii* bellum refert cum *Can-* regina *Aethiopum* monocula: de altera *Candace* legimus in *Apoſt. cap.* 8. Κανδάκην αἰθίοπες πᾶσαν τὴν τῶν βασι- ς μητέρα καλοῦσι, ut habent Græca ſcholia. *Aethiopiam* n hic intelligo *Arabicam*, quæ etiam Regio *Sabæa* dicitur, ...ia. Omnes enim qui cis fluvium *Indum* & citra habitant, à *Curtio* vocantur, *lib.* 9. 80 Tanta hic, fuit thuris & ıatum abundantia, ut pro ſarmentis & cætera ignis facien- ateria, cinnamomo, caſſia, cæterisque utuntur. *Strabo l.* 16.

CHRI-

ventus Reginæ cauſa, ut nempe ſapientiam ſuan
& aulæ magnificentiam videret; Reginæ cum ing
pâ obviam fit, quam benigne hoſpitio excepit, e
ſuæ ſplendorem, & urbis varia monumenta oſte
autem admirata tantam ſapientiam & gloriam, d
vertitur: Regnum *Salomonis* cum *Chriſti* regno
tur: *Chriſtiani* ad pacem inter ſe, & bellum cum
ſtimulantur. *Salomone* mortuo, regnum ipſius div
filio *Roboam*; & *Solymam* expugnat Rex *Ægy*
filius *Roboami*, *Jeroboam* bello vicit; *Abiæ* verò
*Æthiopes* ſuperavit. *Jehoſophat* cum *Achab* à *S*
ratur, claſſis quam in *Indiam* miſſurus erat, ſubi
Precibus hoſtes devicit. *Jehoram* Idololatra fra
dit; *Achaſiam* *Jehu* peremit; *Athalia* regnum
*Achaſiæ*, *Amaſiæ*, *Vzziæ*, *Jothami*, *Achaſi*, *Eze*
*naſſæ*, *Joſiæ*, *Joaſi*, *Joacimi*, *Joacin*, & *Sedechiæ* vita
deſcribuntur. *Judith Holofernem* ſomno vivoque
obtruncat, & patriam obſeſſam liberat. *Chaldæi*
expugnant, & funditus cum Templo evertunt:
tem captivi *Babylonem* ducuntur, ubi 70 annos m
quo tempore Prophetas *Deus* ad illos miſit, qui
liberatore vaticinantur.

*ubet, ramis velatos* Palladis *omnes;* 7.
*sq; ferre viro, cauſasq; expromere curſus.* 7. 2.
*d mora; feſtinant juſsi, rapidisque feruntur* 7.
*ibus, ipſa gradu ſequitur regina remiſſo;* 7. 4.
*que aſcendebant montem, qui plurimus urbi* 1.
*inet, adverſasque adſpectant deſuper arces.* 1.
*muros, turresque procul, & celſa* Sionis 8.
*pla vident, quæ tunc* Judæa *potentia cælo* 8.
*avit.*
*urbem pueri, & primævo flore juventus* 7.
*centur equis, domitantque in pulvere currus,* 7.
*acres tendunt arcus aut lenta lacertis* 7.
*ula contorquent, curſuque ictuq; laceſſunt.* 7.
*m provectus equo* Salomonis *Regis ad aures* 7.
*cius ingentes ignota in veſte reportat.* 7.
*eniſſe viros, ille intra tecta vocari* 7.
*erat, & ſolio medius conſedit eburno.* 7.
*ue hac ingreſsis placido prior edidit ore:* 7.
*ite nunc* Arabes *(neque enim neſcimus & urbes* 7.
*enus* Æthiopum*) quæ cauſa, aut cujus egentes* 7.
Judæ *terras, & noſtra ad limina vexit,* 7. 6.
*rocul à patria? quæ vos fortuna fatigat,* E. 10. A. 6
*ve tenetis iter? pacemne huc fertis an arma?* 1. 8.

Dixe-

*Nec ſidus regionē via littuſque fefellit*
*Conſilio hanc omnes animiſque volent.*
*bem*
*Afferimur; terris tua dedita fama ſ*
*Saxa per & ſcopulos veſtras exquirere*
*Regina* Æthiopum *terris armiſque po*
*Regnatrix* Arabum, *tua nos ad limin.*
*Hac nunc in veſtris cunctatur finibus*
*Aura tua fama totum vulgata per orb*
*Sedibus à patriis hac uſque ad limina*
*Flagitat aſpectum veſtrum, quaque*
*hauſit*
*Nunc oculis luſtrare cupit; detur ora*
*Rex tua, tum doctas audire & redde*
*Dat tibi præterea centum & bis dena*
*Fulvi auri, & gemmas, & noſtri ruri.*
*Munera parva quidem, at magnum t*
*amorem.*
*Tum Rex legatis dictis reſpondit ami*

Non equidem juvenes tali me dignor honore; 1.
Sed ſi tantus amor terras cognoſcere noſtras, 2.
Atque animi dotes, noſtri ſi tanta cupido eſt; 7.7.
Si jungi hoſpitio properat ſociumque videre, 7.
Adveniat vultus néve exhorreſcat amicos, 7.
Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe [81] Sibyllæ. 7.
Munera nec ſperno; nec vos certaſſe priores 7.1.
Officio pigeat, reginam agnoſcimus Auſtri, 1.5.
Accipimusque libens, ſociamque in regna vocamus, 8.11.
Si modò vult mecum his pariter conſidere regnis. 1.
Non obtuſa adeò geſtamus pectora Hebræi, 1.
Nec tam averſus equos Solyma Sol jungit ab urbe, 1.
Vt ſimus immemores grates perſolvere dignas 4.1.
Pro tanto officio, vel præmia digna referre. 1.1.
Hæc effatus equos numero pater eligit omni 7.
Mille citos, & qui greſſus glomerare ſuperbos 11.G.3.
Edocti, pedibusque ſolo inſultare ſub armis. 8.G.3.
His lux quum primũ terris ſe craſtina reddet, 8.
Inſtituit magna regina occurrere pompa. 11.5.
Ergo mille equites qui ſe comitentur in armis 11.6.
Eſſe jubet, quorum colla alba innexuit auro, 8.5.
Loricasque auro, & ſqualentes albo orichalco 12.
Circundans, humeris enſes ſuſpendit eburnos. 2.11.
Oceanum interea ſurgens aurora reliquit. 4.

81 Regina Saba creditur fuiſſe una ex Sibyllis, ob ſingularem ſapientiam, & rerum peritiam. Cedrenus in hiſt. compendio. Pauſanias lib. 10.

*& murice ſtrati*
*Æripedes, volvunt collectum naribus ign*
*Aurea pectoribus demiſſa monilia penden*
*Tecti auro, fulvum mandunt ſub dens aurum*

*Egreditur tandem regum pulcherrimus ip*
*Totus collucens gemmis, auroque recocto.*
*Filius hunc ſequitur magna ſpes altera* Ju
*Pictus acu chlamydem &* 82 *ferrugine rus Ibera*

*Poſcit equos, gaudetque tuens ante ora j mentes*

*Præcedunt juvenum turmæ & longo ordi cuncti*

*Frænatis lucent in equis, quos deinde* 83 R boam

*Subſequitur, fuſos cervix cui lactea crines*
*Accipit, & molli ſubnectit circulus auro.*
*Egregius forma juvenis, quem Ægyptius alb*
*Portat equus bicolor maculis: veſtigia prim*

*Quadrijugo vehitur curru ; ſtant turribus altis* 12. 4.
*Matres atque viri, & muros cinxere corona.* 6. 11.
*Quidam ſe fundunt portis, oculisq; ſequuntur* 12. 8.
*Pulveream nubem, & ſlorentes ære catervas.* 8.
*Olli per dumos qua proxima meta viarum* 8.
*Contendunt, montes reſonant clangore tubarũ;* 1. 2.
*Quadrupedante putrem, ſonitu quatit ungula campum* 8.
*At parte ex alia ducibus comitata Sabæis,* 10. 2.
*Subvehitur magna matrum regina caterva* 11.
*Pilento in molli, rutilis circundata gemmis,* 8. 1.
*Totaque præfulgens auro ; cui vertice odorem* 8. 1.
*Spiravere comæ, micat aurum tortile collo :* 1. 7.
*Vertice fert duplicem baccis auroque coronam* 1.
*Quæ ſimulac regem venientem conſpicit, aureo* 6. 1.
*Deſiluit curru, & vultus dejecta decoros* 11.
*Inceſſit, quam tota cohors imitata relictis* 11.
*Ad terram defluxit equis, dominamque ſequuta eſt* 11.
*Talis per medios graditur regina cohortes :* 1. 3.
*Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi* 1.
*Exercet* 84 Diana *choros : quam mille ſequutæ* 1.
*Hinc atque hinc glomerantur Oreades, illa pharetram* 1.

84 Per *Dianam* exercentem choros in jugis *Cynthi Lunam* intelligo inter minora ſidera vagantem : tantæ altitudinis fuit *Cynthus* mons, ut *Sol* & *Luna* degentibus in imis vallibus viderentur verticem contingere, & in eo movere: hinc orta eſt fabula de partu *Latonæ*. Hanc ob cauſam ſtellas *Oreades* voco, quod videantur intuentibus è profundis vallibus in montibus degere: erat ergo regina inter comites, velut inter ſtellas *Luna* minores.

*Qualis ubi hybernam* Lyciam, *...*
*fluenta*
*Deſerit*, *ac* Delum *maternam in...*
pollo,
*Inſtauratque choros, miſtique altar...*
Cretesque, Dryopes*que fremunt*, *p...*
gathyrſi:
*Ipſe jugis* Cynthi *graditur*, *molliqu...*
*Fronde premit crinem fingens*, *atq...*
*auro*,
*Tela ſonant humeris*; *haud illo ſeg...*
*Rex* Salomō, *tantum egregio decus...*
*Poſtquā congreſſi*, & *coram data c...*
*Adventus regina ſui pulcherrima c...*
*Commemorat*, *ſimul* & *natura ...*
*quirit.*
*Illa poteſtates herbarum*, *uſumque...*
*Scire cupit*; *tunc ut magnum per...*
*acta*

*Semina, terrarumque, animaque mariſque fuiſſent,* Ec. 6.
*Et liquidi ſimul ignis: ut his exordia primis* Ec. 6.
*Omnia, & ipſe tener mundi concreverit orbis;* Ec. 6.
*Tum durare ſolum, & diſcludere* Nerea *ponto* Ec. 6.
*Cœperit & rerum paulatim ſumere formas.* Ec. 6.
*Vnde tremor terris, quâ vi maria alta tumeſcant* G. 2.
*Obicibus ruptis, rurſusque in ſe ipſa reſidant* G. 2.
*Vnde hominum genus & pecudum, unde imber & ignis,* G. 2.
*Quid tantum oceano properent ſe tingere ſoles* G. 2.
*Hyberni, vel qua tardis mora noctibus obſtet.* G. 2.
*Omnia qua* Salomon *repetens ab origine pandit.* 1.
*Nam rerum cauſas prudens cognovit, & omnia* G.2.A.6
*Qua ſunt, qua fuerant, qua mox ventura trahantur.* G. 4.
*Sed primo ſtatuit reginam ducere ad urbem.* 1.Ec.1.
*Tandem procedunt ingenti mole* Sionis 12. 12.
*Ad muros, comitem reginam ad regia ducit* 7. 1.
*Tecta, ſimul* Iovæ *templis indicit honorem.* 1. 4.
*Ante aras terram caſi ſtravere juvenei.* 8.
*Aulai in medio latus convivia curat* 3. G. 1.
*Regifico luxu: ſtrato diſcumbitur oſtro* 6. 1.
*Auratis ſubter laquearibus; inde per urbis* 1. 9.
*Compita reginam, & ſecum per mœnia ducit,* G.3.A.4
*Ingenteſq; oſtentat opes, templumq; paratum,* 4.

*... , omnesque oculos fert omnia circ.*
Candaces, *capiturque locis, & ſingula la*
*Exquiritque auditque virum monum*
*priorum.*
*Tum* Salomō *Princeps* Judææ *conditur ar*
*Hac loca* Melchiſedec *olim ditione tenebat*
*Inde* Jebuſæi *gens dura atque aſpera cult*
*Hic pater* Abramus *natū mactaſſet ad ar*
*Ni ſignum cælo* Deus *ipſe dediſſet aperto,*
*Se nolle humano maculari altaria tabo;*
*Nec patrem ſcelerare manus in ſanguine na*
*Angelus hic terras inter cælumque volabat*
*Sanguineo flagrans gladio, & cæleſtibus a*
*mis;*
*Dum cæli tractu infecto miſeranda coorta e*
*Tempeſtas, & dira lues, hac nomine* Salen
*Vrbs vetus, &* Moriæ *pars ſacro vertice col*
*Ceſſit* Benjaminis, *ſed montem* Juda Sione
*Sorte habet, & partem* Moriæ *qua vergit*
auſtrum,

*Hanc* David *pater*, *hanc* Salus *Rex condidit urbem* 8.
*Hoſtibus ejectis. Spolia hic ſunt illa* Goliæ, 4.11.
*Et caput abſciſſum, genitor quod ſanguine rorans* 12.
*Intulit huc, ſtatuitque erepta ex hoſte trophæa.* 11.G.3.
*Tunc pater egregio invectus* Solymæa *triumpho* 8.
*Mœnia*, Jehovæ *votum immortale ſacravit.* 8.
*Hæc ubi dixiſſet converſus Solis ad ortum* 6.
*Monſtrat Oliveti nimboſa cacumina montis*, 8.3.
Chriſtus *ubi ætherias fuerat ſublatus in auras* 6.2.
*Et terra excedens * veſtigia ſacra reliquit.* G.3.A.3
*Hic quoque dum ſancti celebrabant annua ſacra*, 12.8.
*Priſca quidem fides facto, ſed fama perennis*, 9.
*In ſummo tremulæ fulſerunt vertice flammæ.* E.8.A.4
*Tum curvo anfractu vallē, dixere Gehennam* 11.3.
Abramidæ, *hic lucus fuerat latiſſimus umbra*, 1.
*Relligione gravi late ſacer, undique colles* 8.
*Incluſere cavi, in medio viridiſſima floret* 8.G.3.
*Planities, liquidaſq; bibit de fontibus undas.* 11.G.4.
*Æreus hic olim miro* 86 Saturnus *honore* 4.
*Cultus erat ; pueros candentibus ille lacertis* 12.8.
*Amplexu in miſero, & crudeli morte necavit*, 8.

* Vide *Baronium* ad annum Chriſti 34. 86 *Molech* ſeu *Melech*. Regem ſignificat. Rex autem fuit *Saturnus* : ex genere etiam ſacrificiorum colligitur, quod *Saturnus* idem fuit qui *Molech*; nam pueri immolabantur, & tympana pulſabantur, in *Saturni* ſacris : qui mos duravit uſque ad proconſulatum *Tiberii*. Vide *Tertull. in Apolog. cap.* 9.

*ſant.*

*Hinc ad labentem converſus lumina ſolem,*
*Oſtendit montem cui nunc* Calvaria *nomen.*
*Quod defunctorum totus mons oſſibus albet*
*Nobilis hic fama multis memoratur in oris,*
*Ex quo cæleſti roravit ſanguine Chriſti.*
*Creditur hic cineres ipſius & oſſa parentis*
*Condita primævi; quin ipſum ad ſidera ru-*
*ſus*
*Ætheria, & ſuperas cæli veniſſe ſub auras;*
*Non ullis revocatum herbis ſed amore ma-*
*ſtri,*
*Qui voluit patrias explere hic ſanguine pe-*
*nas;*
*Et lapſum ex foveâ miſerans attollere amici*
*Sic demum tota paſſim regione vagantur*
*In campis urbes, & propugnacula luſtrant.*
*Relliquias, veterumque vident monument-*
*virorum*

Qui poſtquam reginam Arabum per ſingula duxit 6.
Multa docens, varioque animum ſermone levaſſet 8.
Ad patria fines multo comitatur honore. B.1.A.11
Illa autem paulum digreſſu mœſta ſupremo 4.3.
Subſtitit, & regi demiſſâ voce loquuta eſt. 11.3.
Credo equidem, nec vana fides Rex optime regum, 4.8.
Quod tandem vera eſt virtutũ fama tuarum. 3. 1.
Multa quidem in patriâ de veſtra accepimus aula, 2, 4.
Multaque de ingenio ac opibus, nec credere quivi; 1. 6.
Sed vix dimidium meritorũ audire tuorum 2. 6.
Contigit, his oculis longe plus hauſimus; ergo 1. 12.
Quamvis clareſcat totum tua fama per orbem, 2.9.
Fama tamẽ meritis longe eſt obſcurior. ô Rex 1.7.
Macte tuâ virtute! O terque quaterq; beatos 9.1.
Queis ante ora datur tanti conſiſtere Regis, 1.1.
Exque tuo alloquio virtutem diſcere veram. 11.12.
Qui regit æterno imperio divosque hominesque 1.
Te voluit gravidam imperiis, belloque frementem 4.
Judæam regere, & ſub pacis mittere leges; 4.
Et pubem indomitam valido compeſcere fræno G.3.G.2
Juſtitia, en quanto Judam dilexit amore! 1.1.
Hæc ubi dicta dedit patriam remeavit ad urbem. 12.
Sed ſi tanta fuit Salomonis gloria, tanta 2.6.

*Sed tu divinis fulges virtutibus ; illi*
*Candenti ſplendens elephanto regia ſedes ;*
*Sed tibi ſiderea eſt ſedes, unde arduus omnes*
*Aſpectas terras, populos, camposque liquente.*
*Marmoreis* Salomō *habitavit in ædibus, at t*
*Templo tenes cœli ſtellis ardentibus apti.*
*Illum turba ducum cinxit fulgentibus armi*
*Te verò ætheria cingunt ſine imagine forma,*
*Stantes æquata numero, regemque canentes.*
*Largus opum, & linguâ melior non futili*
*author*
*Conſiliis habitus* Salomō *fuit, at tua,* Chriſte
Perſarum *ſuperat gazas opulentia, & unda*
Hermi *flaventes auri qui torquet arenas.*
*Tu tonitru eloquii quatis alta cacumin*
*terræ,*
*Et tua per totum prudentia fulgurat orbem.*
*Ejus fama ruit mundi vulgata per oras :*
*Sed tu fama ingens, meritis ingentior, omnes*

Conjugio ſibi naturam ſubjungere noſtram. 7. G. 4.
Reginam Æhiopū Salomonis fama Sionem 6. 4.
E patrio regno per tot diſcrimina traxit : 3. 1.
Sed tua tres reges pharetrata è Perſide ſtella G. 4. A. 2
Perduxit Bethlem: teque in præſepe ſupremū G. 4. A. 7
Agnoſcunt regem, & cœli omnipotentis alumnum, 10. 6.
Muneribus cumulant magnis, & numen adorant. 6. 2.
Dum patriam fugis, ac odium crudele tyranni, E. 1. A. 1
Accipit hoſpitio gens fortunata Canopi 1. G. 4.
Quæ colit effuſo ſtagnantem flumine Nilum, G. 4.
Et circum pictis vehitur ſua rura phaſelis. G. 4.
Quæ regio in terris, quæ gens tam barbara, cujus 1. 1.
Nominis aura tui nondū pervenit ad aures? 7. 3.
Tu Nomadum genti, & discinctis cognitus Afris : 8.
Et Lelalis, Cariſque, ſagittiferiſque Gelonis. 8.
Inter hyperboreas glacies, Tanaimque nivalem G. 4.
Arvaque Riphæis nunquā viduata pruinis G. 4.
Illuſtris tua fama viget; venerantur Ieſum 7. 5.
Extremique hominum Morini, Rhenuſque bicornis : 8.
Indomitique Daci, & pontum indignatus Araxes, 8.
Iſmarus & Rhodope medium porrecta ſub axem E. 8. G. 3
Brutigenū tellus Neptunia. ubi turgidus arva 3. 2.

*Solis ab exortu qua primum diſcutit umbra*
*Ad fines uſque Oceani Solemque cadentem.*
*Nec verò* Alcides *tantum telluris obivit,*
*Fixerit aripedē cervam licet, aut* Erymantl
*Placarit nemora,* & Lernā *tremefecerit arci*
*Nec qui pampineis victor juga flectit haben*
Liber *agens celſo* Nyſæ *de vertice tigres;*
*Et dubitamus adhuc virtutem extendere f*
*ctis,*
*Aut metus in* Scythica *prohibet cōſiſtere terra*
*Chriſtiada miſeri quæ vos fortuna quietos*
*Sollicitans ſuadet tot amica laceſſere bella?*
*Bellum importunum cives cum civibus, atq*
*Viribus indomitis geritis, quos nulla fatiga*
*Prælia, nec victi poſſunt abſiſtere ferro,*
*Abnuerat* Chriſtus *bello concurrere cives:*
*Quæ contra vetitum diſcordia? quis met*
*aut hos,*
*Aut hos arma ſequi, ferrumq; laceſſere ſuaſit*

e adhuc, campique ingentes oſsibus albent, 12.
& tempus veniet quum finibus illis, G. 1.
incurvo terram molitus aratro G. 1.
veniet ſcabra rubigine pila: G. 1.
vibus raſtris galeas pulſabit inanes. G. 1.
que effoſsis mirabitur oſſa ſepulchris. G. 1.
tanti ſparſiſti incendia belli, 4. 1.
auſpicium infælix, moresque ſiniſtros 11.
tot cecidere ducũ; multasq; videmus 11.
ſe urbes luctu: jam deſine tandem, 11. 4.
s es, en ſupplex venio, & miſerere tuorum, 6. 11.
imos, & pulſus abi, ſat funera fuſi 11.
s, ingentes & deſolavimus urbes. 11.
i qua nunc jaceant perculſa ruina 11.
ulos, interque manus ſunt oppida veſtras. 11.
m quaſo gentis miſereſcite veſtra, 8.
ria validas in viſcera vertite vires. 6.
or tu parce genus qui ducis ab auſtro 6.
ela manu ſanguis divûm: 6.
intus habet mentes & pectora belli 11.
& inſano juvat indulgere labori, 6.
re licet quid poſsit vivida virtus. 11.
e nobis quarendi ſcilicet hoſtes: 11.
hriſtiadũm circumſtãt undiq; muros. 11.
tque adverſum fidens fer pectus in hoſtem. 11.
nanu telũ Scythici prædonis, & ipſum 11.
ſterne ſolo, portisque effunde ſub altis. 11.

*Dum vero* Syrii *turbata per agmina cl.*
*Veſtigantque virum : volucrem tunc for*
*gittam*
*Quidã deprompſit pharetra, cornuq; tet*
*Et duxit longe donec curvata coirent*
*Inter ſe capita, & manibus jam tãgeret*
*Lava aciem ferri, dextra nervoque pap.*
*Extemplo teli ſtridorem, aurasque ſona*
*Vidit* Achab *pavitans, haretque in c*
*cuſpis*
*Incertũ qua pulſa manu, quo turbine ad.*
*Quis tantam* Syriis *laudem ſine cade ſu*
*Attulerit ; preſſa eſt inſignis gloria facti*
*Aurigam alloquitur Rex currum & lor*
*gentem :*
*Diverſos fac, inquit, equos currumque r*
*Ocyus è campo, nam me jam vulnus ace*
*Conficit, & tenebris nigreſcũt omnia cir*
*Dixit & exſolvit paulatim corpore ſeſe,*
*Undantiq; animã diffundit in arma cr*

*Exultantq; vada, atq; æſtu miſcentur arena.* 3.
*Continuo naves demerſis æquora roſtris* 9.
*Ima petunt, laxis laterum compagibus, omnes* 9. 1.
*Accipiunt inimicum imbrem, rimiſque fatiſcunt.* 1.
*Dumque* Moab *Regi exitium mortemque minatur,* 12.
*Ille* Deum *votis precibusque laceſſit ut hoſtes* 3.
*Obruat; & populum docuit celebrare* Jehovam. 5.
*His fretus telis memorandâ clade repreſſit* 8. 10.
*Hoſtes fulgentes armis, & vana tumentes.* 11.
*Poſt hunc ſuſcepit* Judææ *regna* Jehoram
*Filius, hic ſparſit fraternâ cæde penates:* 4.
*Contemnitque* Deum, *ſimulachraque luce carentum* 8. G. 4.
*Muneribus votiſque colit, ſtirps tota virilis* 3. 7.
*Occidit, excepto nato juniore paterni* 12. 7.
*Imperii, necnon vitiorum * hærede ſuorum*
*Nomine* Achazia, *quem* Jehu *morte peremit.* 6
*Hinc genitrix* Athalia *furit, totamque trucidat*
Davidis *ſtirpem, regnique capeſſit habenas.*
*Unus* Achaziæ *natorum evaſerat, illum*
*Regem declarat præconis voce* Joadus. 5.
*Excipiunt plauſu puerum, gaudentq; tuentes* 5.
Abramidæ, *Regiſque agnoſcunt ora parentis*; 5.
*Et ſcelerum regina dedit mox ſanguine pœnas.* 4. 11.

* Id eſt, *progenitorum*, ut ſæpè apud *Virgilium*.

Cum

*Oblitus decoriſque ſui fidique parentis;*
*Qui illi quodcunque hoc regni., qui ſcep.*
*Deumque*
*Concilians, tumidam arrepto præcordia reg.*
*Occidit reginam, ipſumque à morte reduxi.*
*Quam male apud multos veteris ſtat gra.*
*facti:*
*Sed mox ſacrilego perſolvit ſanguine pœnas*
*Nam* Judam *invaſit* Syriorũ *exercitus, ag*
*Vaſtavit late, & viduavit civibus urbes.*
*Dumque thoro incubuit morbo rex ipſe grav*
*tus,*
*Irrumpunt thalamo famuli, dominumq*
*trucidant*
*Hunc* Amaſia *ſubit patria qui maximus ul.*
*Cadis, & ingentes acies delevit* Edomi.
*Quorum præcipites ſcopulo deturbat ab alto*
*Mille decem, totidẽ ferro demiſit ad umbra*
*Aſt illum ſubita turbavit clade* Joaſus
Rex &c Simorã ...

Hoſtiles acies, * regemque abduxit ad urbem 3.5.
Immunem tanti belli, atque impune quietam. 12.
Disjecit muros, argenti pondus & auri 8.1.
Abſtulerit in Regem conjuravere Sionis 8.
Cives, quem captum lathali vulnere ſternunt. 9.
Filius Vzzias bello præclarus & armis 8.7.
Protulit imperium Judæ, murosque novavit. 6.4.
Extruxit caſtella, actasque ad ſidera turres. 5.11.
Inſeruitque pyros, poſuitque ex ordine vites. Ec.1.
Huic ſtudium vitulos fuit atq; arměta tueri, G.2.
Et fœtus ovium, atq; urentes cuncta capellas. G.2.
Effodit puteos, rivos diducit in agros; G.1.
Ne liquidi gregibus fontes aut gramina deſint. G.2.
Tormenta invenit muralia, at impius audet 12.
Thura dare, & manibus contingere ſacra profanis. 8.6.
Hinc Deus iratus lepra percuſſit, eumque
Ejecit templo, atque excluſit mœnibus urbis. 9.
Ille infœlicem vitam exſpiravit, & omne 3.2.
Jus regni nato ceſſit; fœlicibus ille 11.11.
Auſpiciis, patrii regni ſuſcepit habenas, 11.
Et Jovæ ſemper coluit Jothamus honores. 11.
Illum omnes hoſtes metuebant, atq; quotannis 8.6.
Pendebant auri atque argenti multa talenta. 11.
Caſtrorum in more pinnis atque aggere cingit 7.
Oppida, tum condit varias in montibus arces.
Cumque caput letho poſuit rex, ſceptra reliquit 11.
Achaſo, qui nil patriæ virtutis habebat, 11.
Nil ſolidi Martis, nil relligionis avitæ. 11.7.

* Amaſiam abduxit Sel, man.

Cor-

Aſſur *in auxilium imploratur, munera mitt*
*Theſauros ignotum argenti pondus & auri*
Achaſus *trepidans; verùm nihil omnib*
*actum*
*Tantorũ impenſis operũ: nil dona, nec aurum*
*Nec magna valuere preces; namque urbe* Da
maſco
*Expugnatâ*, Aſſur Judæam *vaſtat opimam*:
*Gnatus* Ezechias *vir ſervantiſſimus æqu*
*Poſt hunc ſceptra tenet; Templum reſeravit*
*& unà*
*Reſtituit patrium cultum; ſolennia vota*
*Cælicolûm Regi ſolvit* Salomonis *in æde.*
*Tunc grege de intacto ſeptẽ mactare juvencos*
*Inſtituit, totidem lectas de more bidentes.*
*Septem agnos, ſeptem villoſo corpore capros.*
*Diripuitque aras, ſimulacbraq; vana deorũ.*
*Evertit lucos, ferro ſonat alta bipenni*
*Fraxinus, exſcinditque actas ad ſidera pinus.*
*Serpentem cui* [illegible]

*Adventumq; pedũ, ſtatuſque audivit equorũ;* 11.
*Continuo ad Templum & ſummas* Salomonis *ad arces* 11.
*Incedit magnâ procerum comitante catervâ;* 1.
*Incenditque aras votis & thure vaporat.* 3. 11.
*Et mœſtas alto fundit de limine voces.* 11.
*Dum* Jovæ *auxilium implorat contra agmina tanta,* 7. 8.
*Præfodiunt alii portas, aut ſaxa ſudesque* 11.
*Subjiciunt; muros variâ cinxere coronâ* 11.
*Matronæ puerique vocat labor ultimus omnes.* 11.
*Dum verò* Aſſyriorum *ingens exercitus altã*
*Conſidũt caſtris ante urbẽ, & mœnia vallant.* 11.
*En pater omnipotens demiſit ab æthere ſervũ*
*Aligerum qui nocte unâ tot millia ſtravit,*
*Vimque omnem hoſtilem atque metum* Deus *abſtulit omnem.* 3. 12.
*Filius hinc ſceptrum attollit faſceſque* Manaſſes, 7.
*Diſsimilis patri, ſcelerumque inventor; hic ille eſt* 9. 2.
*Inferni regis coluit qui ſævus honores,* 6. 12.
*Qui* Solymã *toties humano ſanguine tinxit,* 2. 8.
*Injecitque rogis natos, vivoſque cremavit,* 11. 9.
*Cunctaque cæruleo veneratus ſidera cælo:* 12.
*Effigiemque locat luci* Salomonis *in æde;* 4.
*Conſulit & manes imos* Acherontis *Averni.* 7. 7.
*Obſervat volucrũ linguas, atq; omina pennæ,* 3.
*Obſervatque dies vetitos, pecudumque recluſis* 4.
*Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta.* 4.
*Nec vitiis poſiturus erat numerumve modũve;* 7. 11.

*Ignovit tandẽ, & regem in ſua regna remiſi*
*Tunc Rex evertit divorum altaria, lucos*
*Eruit, & templũ* Salomonis *luſtrat & urb*
*At ſceleratorum ſequitur veſtigia patrum*
*Sævus* Amon, *divos veneratur lumine caſſ*
*Hujus in exitium conjuravere miniſtri,*
*Quorum mucrones multâ rex morte recepit,*
*Evomuitque animam miſeram; tunc ſcept*
Joſias
*Accipit, hic patrum nulli pietate ſecundus*
*Effigies, aras, monumentaque cuncta deoru*
*Deſtruit, &* Jovæ *magnum prece numen a*
*orat;*
*Præterea ſupplex aris imponit honorem.*
*Oſſa Sacerdotum tumulis effoſſa cremavit.*
*Cùm legem audiſſet, proprios diſcidit amictu*
*Inſtaurat templum, lætus convivia curat*
Paſchatis, *innumeros hædos partitur & agn*
*In populum, quibus addiderat ter mille j*

[redacted]



*Sacerdotes ſpargentes ſanguine poſtes* 11.
*ne ahena locant alii, flammaſque mini-*
*ſtrant.* 5.1.
*ıac dũ* 90 Chemiæ *regẽ invaſiſſet iniquo*
*lio, medius pugnantem in millibus, eheu* 1.
*endum, ſtridens alis allapſa ſagitta* 9.12.
*icit, & Regem lathali vulnere ſternit.* 9.9.
*or atque decus magnum rediture* Sioni. 10.
*te prima dies bello dedit, hac eadẽ aufert,* 10.
*m tamen ingentes* * Phariorum *linquis*
*acervos.* 10.
*m fama volans tanti prænuntia luctus* 11.
*uſſit* Solymam, *inceditque ululatibus*
*urbem;* 12. 4.
*t fremunt, reſonat magnis plangoribus*
*æther:* 4.
*d' aliter quam ſi immiſſis ruat hoſtibus*
*omnis* 4.
ıſalem, *aut antiqua* Hebron, *flamma-*
*que furentes* 4.
*ına perque hominum volvantur, perque*
Jehovæ. 4.
*ɔietas, heu priſca fides, invictaque bello* 6.
*era! non illi quiſquã ſe impune tuliſſet* 6.
*us armato, ſeu quum pedes iret in hoſtem,* 6.
*ɔumantis equi foderet calcaribus armos.* 6.
*t in patris ſucceſſit regna* Joaſus;
*n Rex* Ægypti *captivum abduxit, ha-*
*benas*

*Chemia* in ſacris *Oſiridis* vocatur *Aegyptus*, quaſi *Chamia* à
* *Pharii* à *Pharo Aegypti* inſula dicti.

*Expulit*, *&* *fratrem* 93 Sedechiam *in r*
*vocavit.*

*Atque ſub hoc* 94 *tempus vicinas und*
*gentes*

*Terret* Holofernes *armis, cogitque ſuperb*
*Accipere imperii frænum* Babylonis; *at a*
*Vicit* Holofernem *ſomno vinoque ſepultu*
Judith *magnanima*, *&* *ferro obtrunca*
*acuto.*

*Namque manu validâ longâ obſidione p*
*mebat*
Bethuliam Aſſyrius *ductor*, *magnumque*
*morem*

91 Hic Joacimus tradidit ſe obſeſſum *Nabuchadn*
nem regni ſui anni tertii, vel initium quarti: dat
(inter quos *Daniel* & *tres pueri*) & parte vaſorum te
tributarius in regno ſuo relinquitur: ſed deficiens
Regem à *Babylonis* iterum captus eſt, & an. 11. reg

92 Hic *Joacin*, ſeu J*echonias*, regni menſe tertio
ſe *Chaldæis* dedidit, & cum totâ ſobole *Babylonem* duc
dedit captivitati 70 annorum. 93 *Zedechia* fuit

*us immiſit, qui nec ſe credere campo* 9. 9.
*nt, nec conferre manum, ſed mœnia lata* 9. 6.
*e ſervare, & morti prætendere muros.* 9. 9.
*nſtructa dolis, & forma conſcia * virgo* 8.
*rem capere inſidiis, & cingere flamma* 1.
*it. & tales artes in pectore verſat;* G. 1. A. 1
*t in vivo ſe primum flumine, deinde* 2.
*tos artus oleo perfuſa niteſcit.* 5.
*calido ferro criſpat de more capillos.* 12. 1.
*internectit crines, it pectore ſummo* 7. 5.
*is obtorti per collum circulus auri;* 5.
*a purpuream ſubnectit fibula veſtem.* 4.
*h ſic auro fulgens oſtroque decora* 1. 1.
*ē progreditur famula comitante puella;* 1.
*pitatque moras; has ambas omnis euntes* 12. 9.
*orum manus ad portas juvenumque ſe-*
*numque* 9.
*quitur votis; in muro & turribus altis* 9. 8.
*pavidæ matres, oculisque ſequuntur*
*euntes* 8.
*rimas acies, florentesque ære catervas.* 9. 7.
*orum vigiles has ut accedere cernunt* 2. 1.
*rrunt causamque viæ nomenque requi-*
*runt;* 6. 9.
*nosque legunt juvenes ex agmine toto* 9. 11.
* Merarim *incolumem ducis ad tentoria*
*ducant,* 1.
*utem ſubito viſu conterritus, ambas* 5. 3.

Virgo etiam dicitur mulier poſtquam marito juncta eſt: h Virgo infœlix, quæ te dementia cæpit? *Virgil. Ec.* 8. *de iā.* * *Judith* filia *Merari.*

Vera (inquit) neque me Abramidum d
te negabo,
Nec vanam invenies mendacemque, h
primum
Prædico, & repetens iterumque iter
monebo,
Non poſſe Aſſyriis exſcindi hæc oppida t
Si vatum Abramidæ ſervent præcepta p
Si caſti maneant in relligione parentum
Sed ſi noſtra manus violabit ſacra Jeh
Contemtrixque Dei fuerit Judæa prop
Tum magnũ exitium nobis natisque fut
Novimus, & noſtros ea fata manere ne
En nunc Abramidæ temerarunt templ
hovæ,
Solennes rapuere dapes, manibusque cru
Primitias auſi, & pecudes contingere ſa
Quippe hos dira fames, ſpretique injuri
Sacratas ſubigit malis abſumere menſa

*ım urbes* Judæ *excidioque daturum.* 12.
*uod ſupereſt omnem deponite curam* 11. 1.
*ırate animis, & ſpe præſumite bellū.* 11.
*ota manu* Judæorum *oppida tradam.* 12.
*iis ego jam raptis laudabor opimis* 10.
*o inſigni; nunc pubem educite caſtris,* 10. 11.
*rate jugū, & tuto vos tramite ſiſtam.* 6.
*rat hac* Judith; *Dux os oculosque loquentis* 8.
*dū, & totum luſtrabat lumine corpus* 8.
*s inhians animis, ut regius oſtro* 7.
*vos leves humeros, ut lactea colla* 7. 8.
*ıt auro,ut crines nodantur in aurum;* 8. 4.
*s inprimis forma movet atque juventa,* 7.
*tesq; rubore genæ, ſimulataque verba.* 12. 1.
*oculis hæret,figitq; in virgine vultus,* 1. 12.
*infælix, traxitque per oſſa furorem.* 4.
*dies alterque dies proceſſit, & illi* 3.
*nter ſeſe vario ſermone ſerebant.* 6.
*is atq; magis vulnus crudeſcit amoris;* 2. G.3.
*nops animi, ac occulto carpitur igne.* 4. 4.
*ıs perſenſit tali ſe peſte teneri* 4.
Holofernes, *mediis convivia caſtris* 1. 11.
*t, infandumque amens accendit amorem.* (*aureo*; 9. 4.
ım *invitat, thalamoque hanc accipit* 8. 8.
*que fremit Dux ipſe, omnisque juventus.* 9. 8.
*s dapibus Linæum libat honorem.* 3. 4.
*uque haurit pateras ſpumatis Iacchi.* 2. 1.

*Tum vigiles* [illegible]
*In nocte & feſſos ſomnus complectitur ar*
*Interea vigilans* Holofernē *aggreſſa vi*
*Subducit capiti, vaginaque eripit enſem*
*Implicuitque comam lava, dextraq; coru*
*Suſtulit, & duplici collum diverberat ict*
*Tum caput ipſa aufert miſero, truncu*
*reliquit*
*Sanguine ſingultantē: atro tepefacta c*
*Terra torique madent, famula caput in*
*rendum*
*Tradidit, excedit caſtris, & tuta capeſſi*
*Sic victrix rediit domuitque hâc morte*
*fanos.*
*Sic genus humanum ingenti obſidione ten*
*Rex Stygius, donec* Chriſtus *deſcēdit Ol*
*Et virtute ſuâ non arte, dolisve, nec arm*
*Devicit mundum & Regem obtruncav*
*verni:*
*Tum rediit ſublime volans, deq; hoſte tr*

*quam ſtellatam cœli venere ſub axem.* 7.6.
*Pater omnipotens graviter commotus, & ira* 1.
*ibili accenſus, quod gens infida* Jacobi 12.
*viſſet toties legem reſponſaque vatum,* 4.10.
*ties ſimulachra* Deûm *coluiſſet, in omne* 2.
*itum prona, & ſcelera exitialia ſemper:* 10.6.
*ruit* Judæ *ſobolem,*Solymam*que reliquit* 3.
*ibus in prædam, Satanæ eſt permiſſa poteſtas* 9.
*m diripere, & templum ſpoliare ſuperbum,* 12.3.
*eritis peccata luat gens perfida pœnis.* 10.4.
*d mora Rex Stygius* Babylonis *conditor urbis,* 6.8.
*tat in* Solymam 96 Chaldæos, *qui agmine denſo* 9.
*dunt, celſamq; oppugnant molibus urbē.* 5.
*tuba terribilem ſonitum procul ære canoro* 9.
*puit, ſequitur clamor, cœlumq; remugit,* 9.
*lerant hoſtes pariter teſtudine facta,* 9.
*ſſas implere parant, & vellere vallum.* 9.
*runt pars aditum, & ſcalis aſcendere muros* 9.
*rara eſt acies, interlucetque corona* 9.
*'am ſpiſſa viris, telorum effundere contra* 9.

5 Urbs ter capta eſt, regnantibus *Joacin*, *Jechoniah* & *Se-*
, & populus ter *Babylonem* abductus à *Chaldæis*, quorum
ium duravit annis ſolum 78. Tres tantum fuere Reges,
: *Nabuchadnezar*, *Evilmerodac*, & *Balthaſar*.

… denſa teſtudine caſus.
Omne genus telorum hoſtes, flammaſque
rentes
Injiciunt, crebro labefactant arjete muros
Ira Dei telis occultis ſaviit intus,
Dum peſtis, dum maleſuada fames tot m
lia tollunt.
(ſi
Non mortem effugiunt cives, ſed limin
Mœnibus in patriis, atque inter tuta domo
Confixi exſpirant animas, miſerabile viſu
Exceßit Deus his adytis arisque relictis,
Quo ſolo imperium hoc ſteterat; ſuccurre
cives
(rueban
Fruſtra tentabant, quidam in media arm
Una ſalus victis nullam ſperare ſalutem.
Quidam intus dextra ac lava pro turrib
adſtant
Armat ferro, & criſtis capita alta coruſci,
Hi pandunt portam, atque invitant mœnibu
hoſtem;

*Excluſa ante oculos lachrymantu*[illegible] *ora pa-*
*rentum* 11.
*Pars in præcipites foſſas urgente ruina* 11.
*Volvitur; immiſſis pars cæca, & concita frænis* 11.
*Arjetat in portas, & duros obice poſtes.* 11.
*Ipſæ de muris ſummo certamine matres* 11.
*(Monſtrat amor patriæ miſeranda hâc clade*
*ruentis)* 11. 11
*Tela manu trepidæ jaciunt, ac robore duro* 11.
*Stipitibus ferrū, ſudibusq; imitantur obuſtis;* 11.
*Præcipites, primæq; mori pro mœnibus audēt:* 11.
*Heu fruſtra eſt omnis conatus, & irrita tela* 6. 2.
*Quæ jactant, nam nox venit ſuprema* Sionis: 2. 6.
*Dejiciunt muros hoſtes, & mœnia pandunt* 2.
*Vi multa, nō clauſa tegunt jam mœnia cives;* 2. 10.
*Quin intra portas, atque ipſis prælia miſcent* 10.
*Aggeribus murorum, & inundant ſanguine*
*foſſas,* *(dant* 10.
*Fit via Vi, rumpunt aditus, primosque truci-* 2.
*Hoſtes immiſſi, & late loca milite complent.* 2.
*Diripiunt ædes, flammas ad culmina jactāt.* 2.
*Vrbs antiqua ruit multos dominata per an-*
*nos,* 2.
*Plurima perq; vias ſternuntur inertia paſſim* 2.
*Corpora perque domos & relligioſa Tonantis* 2.
*Limina, fit triſtis nullo diſcrimine cædes.* 12.
*Mars furit indomitus, mediis in millibus ar-*
*det* *(nis* 2. 10.
*Pallida* Tiſiphone, *immiſſis* Vulcanus *habe-* 10. 5.
*Perfurit, atque atram prorumpit ad æthera*
*nubem.* 9. 3.

*Excepit noctu, paucis comitatus amicis.*
*Tum celerare fugam in ſilvis & fidere noct*
*Cumque videbatur caſum evaſiſſe ; viamqu*
*Omnem ; non procul à* Jerico *fit clamor a*
*aures,* *(tum*
*Audit equos, audit ſtrepitus, & ſigna ſequen*
*Hoſtiliſque manus ſubito turbante tumultu*
*Fraude loci Regem ſubluſtri noctis in umbr*
*Oppreſſum rapit, & conantem plurima fruſtr*
*Ad Regem duxit* Babylonis ; *hic illius omn*
*Ipſa ante ora patris mulctavit funere natos,*
*Atque ipſum patrem lacrymantem, & mult*
*querentem*
*Arctis corripuit manicis, & lumina ademit*
J*amque* * Nabuſaradan *fulgens Dux ſævi*
*in armis*
*Aſcendit* Solymam *multis cum millibus u*
*bem,* *(ad*
*templum atque omnes à culmine diru*
*diis inſignis equo tumiduſque ſecund*

*Qualis ubi in lucem coluber mala gramina paſtus (bat,* 2.
*Frigida ſubterra tumidum quem bruma tege-* 2.
*Nunc poſitis novus exuviis nitidusq; juvēta,* 2.
*Lubrica convolvit ſublato pectore terga,* 2.
*Arduus ad Solē & linguis micat ore triſulcis.* 2.
*Ipſe inter primos correpta dura bipenni* 2.
*Limina perrumpit, poſteſque à cardine vellit* 2.
*Æratos; crebro labat arjete janua, tandem* 2.
*Apparet domus intus, & atria lōga pateſcūt.* 2.
J*amq; Sacerdotes nec quicquā altaria circum* 2.
*Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ* 2.
*Condenſi; verùm hos non infula ſacra tuetur;* 2.2.
*Relligione loci, aſt omnes diſcrimine nullo* 12.
*Cadit & humano ſceleravit ſanguine templū* 3.
*Diripuitque omnem gazam & monumenta vetuſta (ſacra.* 13.
*Et templum, & templi incendit penetralia* 6.
*Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento* 2.
*Volvitur, exſuperant flammæ, furit æſtus ad auras.* 2.
*Poſtquā* Jeruſalem *viſa eſt conſidere in ignes,* 2.
*Dux referēs prædā rediit, qua maxima gaza* 4.2.
*Incenſis erepta adytis menſaq;* Jehovæ, *(eſt* 2.
*Crateresque auro ſolidi, captivaque veſtis.* 2.
*Sic urbs tot quondā populis tectisque ſuperba,* 2.
*Regnatrix* Aſiæ, Jovæ *domus aurea, bello* 2.
*Inclyta prolapſa eſt, atq; alto à culmine ſtrata.* 2.
*Sic ſtygii caput imperii* Babylonia *tandem*
*Evertit* Solymam *totamque à ſedibus imis* 1.
*Eruit, & cives magnā ditione premebat;* 2.1.

...potens promiſsi haud
memor olim
Abramo facti toties, & fœderis icti
Cum Juda, Vates miſit qui fata canebant
De Chriſto, qui flos veterũ, virtuſq; virori
Deſtruet imperium Satanæ, & cæleſtia cõ
Mœnia, Chriſtiadasque ſuo de nomine dic
Chriſtiadas rerũ dominos gentemq; togata
Sic placitum, veniet luſtris labentibus ætas
Quum domus Abrami Romam & Babylo
ſuperbam
Servitio premet, ac victo dominabitur orco.
Nã Deus ad Perſas regnũ Babylonis, & illi
Transferet ad Græcos, & ab illis deniqu
Romam.
Multa ferent Chriſtus ſociique incommoda (long
Exilia, & caſus, atque omnes denique morte
Gente ſub * Hectorea, tercentũ ſcilicet annos.
Tum Satanæ regnum Chriſtus de ſedibus ima
Eruet, & ſanctam multâ vi muniet urbem

# CHRISTIADOS
## LIBER VI.
### Argumentum.

Exactis 70 annis captivitatis *Babylonicæ*, & conceſſa *Judæis* in patriam redeundi venia, rurſus extruitur Templum cum urbe, fruſtra moras injiciente *Satana*; & quamvis *Judæi* tempore captivitatis, & poſt reditum domum, partim domeſticis diſſidiis, partim, ab extremis hoſtibus in extremum diſcrimen ſæpe adducti ſunt: *Deus* tamen memor cœleſtis *Solymæ* ſeu *Eccleſiæ*, varios populi ſui defenſores & vindices excitavit: nempe *Heſter*, *Alexandrum Macedonem*, *Ptolomæum Philadelphum*, *Mathiam*, cum filiis *Juda*, *Jonathan*, *Simone Hircano*, qui typi fuerunt *Chriſti* cœleſtis *Solymæ* propugnatoris: ſed cùm *Deus* provocatus eſſet ſceleribus *Ariſtobuli* regis & ſucceſſorum ejus, permiſit *Judæam* in *Romanorum* poteſtatem venire: *Babylonis* namque imperium jam *Romam* tranſlatum fuit, ubi variis *Pluto* afficitur honoribus, ejuſque regnum longe lateque propagatur: *Solyma* in ſervitutem redacta, extincta *Macchabæorum* familia, & *Davidis* ſtirpe ſublata, *Idumæis* regibus ſubjicitur *Judæa*: interea *Chriſtus* tam diu exſpectatus & toties promiſſus, ex Spiritu Sancto concipitur, nunciante Angelo: variiſque prodigiis antecedentibus, naſcitur ex *Maria* Virgine. Digreſſio fit in laudes *Chriſti*: oſtenditurque illum eſſe ſolum *Deum Judæorum* & *Gentium*: *Græcorum* vanitas in multiplicandis diis arguitur: *Judæi* ut *Chriſtum* Ducem & Paſtorem agnoſcant, admonentur atque exhortantur.

*Poſtquam res* Solymæ, *&* Salomonis *vertere regnum* 3.
*Sed meritum, viſum* Jovæ, *ceciditque ſuperbum* 3.

*Reliq*...

*Donec conſumptis tandem infœlicibus* ...
*Exilii, ſubito poſuere ferocia* Perſæ
*Corda, volente* Deo, *inprimis* 97 *Rex*
*quietum* *(nign*
*Accipit in miſeros animum mentemque*
*Queis libertatē dat condere templa Tona*
*Et* Solymæ *fundare arces, ac tecta novar*
*Inque exoptatam patriam remeare, ſed il*
*Opponit ſe Rex Stygius, cauſasque mora*
*Innectit, ſed qui mundi molitur habenas*
*Conatus Satana volucres diſperſit in au*
*Omnia diſcerpens, & nubibus irrita do*
*Conſilia, hos etenim reduces patria alta* S
*Vidit, & hi Templum Domino de ma*
*condunt*
*Verum impar primo legē & praecepta re*
Eſra, Nechemeias *dictis caſtigat acerbi*
*Ingratum populum, patriis qui reddita*
*Poſthabuit benefacta* Dei, *veterumq*

*Tollere cæde una, ſi non pia cura reſiſtat* 9. 2.
*Cælicolū regis, qui res hominumque Deumque* 3. 1.
*Æternis regit imperiis, & fulmine terret.* 1.
*Namque* Heſter *virgo forma excellente* 98 *ty-*
*rannum* 8. 12.
*Mitigat, & ſocios à proditione nefanda* 1. 2.
*Liberat inſontes; quamque intentabat* He-
bræo (nus. 7. 1.
*Ipſe ſubit mortem ſcelerum fabricator* Hama- 2. 2.
*Dux* Sorobabelis *genus alto à ſanguine* Da-
vid, (ſtus, 4.
*Cujus ab antiqua deſcendit* 99 *origine* Chri- 10.
*Servitio innexos longo* Babylone *reduxit* 3.
*In patrium ſocios regnum, templumq; refecit.* 10.
*Nec non cunctantes opera inter talia primus* 6.
*Hortatur ſocios, paribusq; accingitur armis:* 6.
*Sic nos poſt longum exilium* Babylonis *ab oris* 2.
*In patriam* Solymæ *cæleſtis duxit* Ieſus.

*Magnus* Alexander *ſævis dum fulminat*
*armis* 12.
*In* Tyrios, *domitis* Perſis, *ſummaſq; minatur* 12.
*Dejecturū urbes* Judæ, *excidioque daturum,* 12.
*Totus collucens veſte atque inſignibus, illi* 10.
*Occurrit* Jaddus *ſummus tunc ſorte Sacerdos* 6. 8.
*Quem Rex ut vidit vultum demiſſus adorat.* 1.
*Namq; illi in ſomnis habitu conſpectus eodem* 4.
*Omnipotens Pater eſt, qui Regem Marte ſe-*
*cundo* 10. 12.

98 Hic Rex *Perſarum* fuit *Artaxerxes Longimanus*, *Xerxis* filius, *Darii Hyſtaſpis* nepos. Vide *Joſeph. Ant. l.* 11. *c.* 6. 99 *Zorobabel* duos habuit filios, *Rheſa*, & *Abiud*: ex *Rheſa* fuit *Maria*, ex *Abiud Joſeph*: illam genealogiam ſequitur *Lucas*, hanc *Mathæus*.

1

1

12

3.

1

12

5

1

3

*on præſtat multo cum ſanguine fundere vi-*
*tam,* 11.
*Quam poſitis armis dominis parere ſuperbis?* 10.12.
*An vos (ô ſocii) qui me meaq; arma ſequuti,* 1.10.
*Terga fuga nudans infanda in morte relin-*
*quam? (debit?* 5.10.
*Terga dabo, &* Judam *fugientẽ hac terra vi-* 12.
*Vſque adeone mori miſerum eſt? ſtat quic-*
*quid acerbi* 12.12.
*Morte pati potius quam turpẽ degere vitam;* 12.4.
*In patriam nunquam remeabo inglorius ur-*
*bem.* 11.
*Dixit, & adverſos telum contorſit in hoſtes* 12.
*Procurrens: ſonitum dat ſtridula cornus, &*
*auras (& omnes* 12.
*Certa ſecat: ſimul hoc, ſimul ingens clamor,* 12.
*Concurrunt fremitu horrendo, clangore tubarũ* 2.
*Terribili reboant montes; cruor undique rivis* 12.11.
*Funditur, ingemuit tellus, tegiturque caden-*
*tum* 11.11.
*Corporibus, tenebris telorum involvitur æther.* 11.12.
*At medias inter cædes exultat* Iüdas 11.
*Hos congreſſus & hos: hunc cominus, eminus*
*illum* 12.
*Infeſtis ſternit jaculis, enſemque coruſcat* 9.12.
*Fulmineum, & multo ſpumantem ſanguine,*
*tandem* 4.4.
*Diſperſit medias acies formidine turpi.* 9.
*Quod ſimulac videre hoſtes qui * læva coërcẽt* 9.

* Siniſtrum cornu.

Ag

Obruitur : ſtrepit aſſiduo cava tempora c
Tinnitu galea, & jaculis ſolida æra fatij
Diſcuſſaque juba capiti ; nec ſufficit umb
Ictibus, ingeminant haſtis, & terga fati
Hoſtiles turmæ ; tum toto corpore ſudor
Liquitur, & piceum (nec reſpirare poteſt
Flumē agit ; feſſos quatit æger anhelitus a
Tandem ſuccubuit vi multâ & vulnere
ctus,
Et captū letho poſuit caput arma relinqu
Reſtituit Solymam cæleſtem noſter Iū
Chriſtus, & exuvias caſis pulſisque troph
Hoſtibus eripuit moriendo ; gloria venit
Sanguine cum multo ; ſic non eſt paſſus in
Vulnera, ſed pulchram petiit per vulnera
tem ; (
Hâc regem inferni domuit ſtygiasque pha
His etiam ſolis infernum territat armis ;
His perrumpit ovans diri ſacraria Ditis
Atque his ad ſedes victor redit inde pater

*us abſcondi optabunt, cæcisq; latebris* ; 2.2.
riſti *reditus, expectatique triumphi.* 11.
æ *ſucceßit* Jonathã *qui Marte ſecundo* 12.
*it bis mille viros, quique expulit omnes* 11.
Judæa, *& pepigit cum* Baccide *fœdus.* 10.
*amicitiam* Demetrius *ambit, & illam* 7.10.
104 Alexander *donis, quem prætulit iſti* 12.
onathan, *verùm poſtquam conceßit ad umbras* 10.
rius, Jonathan *firmo ſibi fœdere junxit* 11.
metrium *natum ; huic ſemper victoria ceßit* ; 12.
*s donec* 106 Tryphonis *captus, & arte* 2.
*it,* Simon *ſubiit, qui mœnia cinxit* 12.
*bus* Solymæ ; *tunc ſedibus eruit imis* 10.1.
*in præcipiti ſtantẽ, ſummiſq; ſub aſtra* 2.
*s eductam, hinc* Græci *intorquere ſolebant* 2.7.
*tenus telorũ in templũ & tecta* Sionis. 2.
onem *obſedit, disjecit & oppida capta* 12.
*manu, patriamq; tributo liberat omni.* 12.
*ſucceſſu optato pugnabat in hoſtem.* 12.
*ndẽ inſidiis * generi inter pocula ferro* 2.7.
; 107 Hircanus *ſucceßit filius* ; *ille* 10.

Hic *Alexander* fuit filius *Antiochi Epiphanis*, qui veniens *Ptolimaidem* occupat, & Demetrium *ſuperavit.* 105 Hic *s* filius *Demetrii*, auxilio ſoceri *Ptolomæi Philometoris*, *um* ſuperavit, & paternum regnum recuperavit. *yphon* fuit unus ex *Alexandri* Ducibus, qui capto à *Par-metrio Jonathan* dolo cepit. * Scilicet *Ptolomæi*. *ohannes Simonis* filius, à devicto quodam *Hircano*, *Hirca-*is.

108 An-

*Cum gente* Æneadum *patres; multa oppi*
*cepit*
*Atque evertit opes ſtravitq; à culmine celſ.*
109 Sebaſten, *tandem devictis hoſtibus u*
*bris*
*Occubat; hunc ſequitur geſtans inſignia re*
110 *Gnatus* Ariſtobulus: *genetricis morte*
*fanda*
*Nec non* Antigoni *pollutus ſanguine fratri*
*Qui miſere oppetiit revomens ex ore cruore*
*Frater* Alexander *regnum ſuſcepit, & ille*
*Germano occiſo, ſe multâ cæde cruentat*
*Civium, at hi tandem defeſſi infanda*
*rentem*
*Armati circumſiſtunt, ille improbus irâ*
*Sævit in inſontes pariter ſontesque ſuperbo*
*Imperio, & quando* 111 Ptolomæum *im*
*ſit iniquis*
*Fatis, amiſſa eſt acies, turpique coactus*

*Eſt dare terga fuga, ſociosque relinquere præ-*
*dam*
*Hoſtibus, & miſerâ multandos morte; referre* 11. 2.
*Horreſco ut patriis epulanda apponere menſis* 4.
*Corpora naturum juſſit* Ptolomæus *inulto.* 6.
*Tandem languenti morbo correptus, ad orcum*
*Infælicem animam demiſit, regna relinquens*
112 *Vxori: huic ſceptrum extorquet caſtella-*
*que natus* 12.
*Nomine* Ariſtobulus; * *major cõtentus honore* 7.
*Pontificis: verùm invaſit diſcordia fratres* 12.
*Conſilio* Antipatri, *cui multos* Cæſar *honores* .
*Addit.* Ariſtobulus *bis regnis exul ademptis* 8.
*Poſt varios tandem caſus exhauſtaque bella,* 1. 4.
*Pocula lethais haurit medicata* † *venenis.* G. 4. G. 2
*Nec tua te pietas* Hircane *nec infula texit,* 2. 2.
*Quem falſa occidit ſub proditione* ‡ Tyran-
nus, 2.
*Quamvis frigebant effœta in corpore vires.* 5.
*Ante nepos (miſerum) populârat tempora*
*raptis* 6. 6.
*Auribus* Antigonus, *patriis tunc expulit oris.* 6. G. 3.
*Nec longum* Antigonus *lætatur, quem quoque*
*fata* *(tenebat.* 10.
*Proſpectant patrui, atque eadem mox arva* 10.
Scipio Alexandrum *obtruncat, fratremque*
* Triumvir 3.
Antigonum, *in quo percuſſâ cervice ſecuri* 2.

112 *Alexandro* mortuo, uxor *Alexandra* in regnum ſuccedit.
* *Hircanus.* † Vide *Joſephum Antiqu. lib.* 14. *cap.* 15.
‡ *Herodes Magnus.* * *Antonius.*

Ever-

*Jamque peregrino* Solyma *ſceptriſque per*
*Et Regum abolitis monumentis, atque ſen.*
*Rex* Stygius *ſperans penitus periiſſe* Sion
*Exultat, ſedem imperii* Babylonis *ad urb*
*Septem quæ unà ſibi muro circundidit ar*
*Tranſtulerat, tercentũ illi delubra per u*
*Maxima thure calent ; vigilant alta*
*ignes*
*Excubiæ divum æternæ, pecudumque cru*
*Pingue ſolum , & variis halabant lim*
*ſertis.* *(a*
*Omnibus in templis matrum chorus, omn*
*Ante aras terram cæſi ſtravere juvenci.*
*Innumeros coluêre Deos,* Erebum*que,* Ch
*que,* Dia
*Tergeminamque* Hecaten *tria virginis*
Diras, 114 *matremq;* Eumenidum, *magn*
*que ſororem*
*(Quæ divum dicta eſt genitrix, cui* Di
ma *cordi*

Latonæ*que genus duplex*, Janum*que bi-*
*frontem*, 12.
*Fonteſque fluvioſq; ſacros, quæque ætheris alti* 12.
*Relligio, & quæ cæruleo ſunt numina ponto ;* 12.
*Hæc* Pluto *priſcos docuit celebrare* Latinos 5.
*Numina, & hunc ritum ſacrorum, ut rite ſa-*
*cratas* 12.
*In flammã jugulent pecudes, & viſcera vivis* 12.
*Eripiant, cumulentq; oneratis lancibus aras.* 12.
*Hi natos docuêre ſuos, hinc maxima porro* 5.
*Accepit* Roma, *& patrium ſervavit honorẽ ;* 5.
*Nullaq; gens æque Satanæ celebravit honores.* 12.
*Sed juſtum advenit tempus quum* Chriſtus
Ieſus 10.
*Rex* Solymæ *tẽpla & Capitolia celſa tenebat.* 8.
*Effigies ſacras divûm* Phrygios*que penates* 3.
*Quos ſecũ à* Troia, *mediiſq; ex ignibus urbis* 3.
*Extulit* Æneas, *templis ejecit, &* Orci 11.
*Imperium evertit penitus, ritusque ſacrorum* 12.
*Mutavit*, Satanam *ſub Tartara voce fugavit.* 6.
Chriſtiadis Italos *juſſit parere ſuperbos.* 12.
*Atque ut opes fractæ* Stygiæ, *& fortuna re-*
*ceſſit*, 3.
*Multi* Chriſtiadas *victriciaque arma ſequuti.* 3.
*Atque triumphata tandem* Babylone *ſuperba* 6.
Jeruſalem *meritis fulſit decorata trophæis.* 11.
*Grajugenæ implêrant divorũ altaribus orbẽ,* 3. 7.
*Quorum ſi vellem percurrere nomina quæque* 10. 6.

115 Aliquando Lunam ſeparatam colebant, aliquando ſimul cum Sole : ideo *Dianæ* paulò ante ſolius mentionem feci, jam verò cum Sole conjunctæ.

*Ante*

*[illegible] emittens , horrendaque mur*
*miſcens :*
*Hic tempeſtatum rex eſt*, Euri*que furen*
Æolus, *horriſonos urgens ad ſidera fluct*
*Ille eſt* Neptunus *domitor maris, ille pe*
*Stagna viam ſcindens , franat ſub g*
*monſtra*
*Atq; indignantem poſitis ſtridoribus un*
*Hic ille eſt* Atlas *humero qui ſuſtinet or*
*Ætherios, nutu mundi qui ſidera torque*
*Hic illa eſt* Pallas *magni prudentia patr*
*Quam* Deus *æterno conceptam vertice f*
*Hic* Mars *armipotens acies in prælia cogi*
*Agit idem oblato componit fœdere bellu*
*Ignipotens* Vulcanus *hic eſt ; namque*
*olli*
*Eſt vigor ; hic rurſus cœlo deſcendet ab*
*Fulgores dans horrificos, ſonitumque, me*
*Corripiet totum flammis crepitantibus*
*Hic* Phœbus *cœlo pallentes diſcutit umb*

*Huncque repertorem medicinæ novimus, ille* 7.
*Mortales docuit cantu mulcere labores.* G.I.G.4
*Et victor ſerpentem infeſto vulnere ſtravit.* 5.2.
*Ille eſt* Mercurius *verus quē candida nympha* 4.8.
*Cæleſtem partu ſub luminis edidit auras* 7.
*Plena* Deo *mulier, claro demiſſus Olympo* 7.4.
*Nuncius hic celeres defert mādata per auras.* 4.
*Tum* 116 *virgam capit, hac animas ille evocat orco* 4.
*Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit.* 4.
*Hic ille* Alcides *victor*, Jovis *inclyta proles,* 8.6.
*Monſtrorum domitor debellatorque ferarum,* 7.
*Tartarea & valida proſternēs agmina clava:* 6.10.
*Ille caput veteris contudit calcibus anguis,* 1.11.
*Et* Cacum *in tenebris incendia vana vomentem* 8.
*Corripit in nodū, complexus & angit inhærens* 8.
Eliſos *oculos, & ſiccum ſanguine guttur.* 8.
*Quæ regio in terris hujus non plena laboris?* 1.
*Primus ab ætherio deſcēdens* Chriſtus *Olympo* 2.8.
*Ipſe eſt* Saturnus *placida qui in pace regebat* 8.
*Indocilem populum, & diſperſum montibus altis,* 8.
*Arvorum pecorisque* Deus Pan *creditus olim,* 8.2.
*Cujus relligio pavidos terrēbat agreſtes.* 8.
*Sed* Chriſtus Pan *ille* Deus *quem vidimus ipſi* Ec.10.
*Sanguineis virgis, ſpinis, clavisque rubentem,* E.10.I.4
*Lanigeræ comitantur oves, hirtæque capellæ.* 3.G.3.

116 Per Virgam intelligo divinum verbum, quod aliis eſt odor vitæ, alus, mortis.

*[illegible] ramorum protegit umbrâ*
*Tum tenues dat rurſus aquas, & paſcua la[illegible]*
*Solis ad occaſum, cum frigidus aëra veſper*
*Temperat, & ſaltus reficit jam roſcida Luna*
*Non 117 metues acres illo cuſtode Moloſſos,*
*Nocturnum aut ſtabulis furem, incurſusque*
*luporum.*
*(agnis*
*Vltro animam dedit ille ſuam pro pinguibus*
*Pro grege balantum duros tulit ille labores.*
*Quid memorem fraudes alias & dulcia*
*furta*
*(ſtam*
Græcorum? *lucem è noſtris annalibus hau-*
*Involvêre umbris errorum & nubibus atris.*
*O tu qui curas & oves oviumque magiſtros,*
*Quiq; pedo retrahis teneros ab ovilibus agnos*
*Errantes, humeroque refers ad paſcua lætus;* I.
*En ego balatum exercens nunc montibus altis,*
*Nunc denſa in ſylva, dumisq; ſilentibus erro.*
*Ergo alte veſtiga oculis, exquire bidentem* 6
*Errantem rigidos nullo cuſtode per agros*

*Tum* Sol *pallentes haud unquã diſcutit umbras; nec quum* G. 3.
*Nec quum invectus equis altum petit æthera,* G. 3.
*Præcipitẽ Oceani rubro lavit æquore currum,* G. 3.
*Ergo me recipe in caulam de ſaltibus hujus* 2. 9. 4.
*Fallacis mundi tot ſentibus undique plenã;* 9. 9.
*Horrentes ubi tot dumi, & ſtabula alta ferarum. (paſtor* 8. 6.
*Tum medicas adhibere manus ad vulnera* G. 3.
*Ne pigeat; culpas verbo compeſce priusquam* 4. G. 3.
*Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.* G. 3.
*Ne dedigneris fluvio merſare ſalubri* 4. G. 3.
*Sanguinis hanc animam, meque omni exſolvere labe.* 4.
*Teque oro, cape ſaxa manu, cape robora paſtor:* 2. G. 3.
*Tollentemque minas, & ſibila colla tumentem* G. 3.
*Dejice peſtiferũ colubrum; defende bidentes;* G. 3. 10
*Impaſtus ne plena leo per ovilia turbans,* 9.
*Cùm ſuadet veſana fames, mandatve, trahatve (cruento.* 9.
*Molle pecus, mutumque metu; & fremat ore* 9.
*O gens* Abramidum *magni domus inclyta* Judæ 1. 2.
*Sexcentos & mille rotam jam volvitis annos* 10. 6.
*Circũ omnes oras terræ, maria omnia circum* 3. 1.
*Errantes profugi pecudes velut abſq; magiſtro* 1. G. 3
*Paſtores veſtri nunc vocem agnoſcite tandem,* G. 3. 8
*Dum vocat in caulam: tunc aſpernare vocantem* 6. G. 3
*Gens effræna* Deum? *quæ te dementia cepit?* 3. A. 5
*Eſt tibi deſpectus, nec quis ſit quæris* Ieſus, Ec. 2.

Propter aquæ rivum ; & patula ſub teg
fagi
Sylveſtrem tenui muſam meditatur ave
Dumq; canit pulſa referunt ad ſidera va
Et cantu rigidas deducit montibus ornos
O Judæ ſoboles ! Chriſti nil carmina cur
Carmina quæ cælo poſſunt deducere 118 l
Siſtere aquā fluviis, & vertere ſidera re
Nocturnos ciet his manes, mugire videbi
Sub pedibus terram, & tremere altis m
bus urbes.
Non hunc carminibus viciſſet Thracius
pheus (
Qui mulſit tigres, & agebat carmine q
Carminibus Circe ſocios mutavit Ulyſſis
Ex hominū facie in vultus & terga fera

118 Per *Lunam* intelligo *Romanum imperium*; nora regna *Romæ* ſubdita, per *aquam*, mulutu rum; per *manes*, obſcuras & barbaras gentes, n

*Sed* Chriſtus *cantando lupos fulvosq; leones*, E.8.A.2.4
*Setigerosque ſues, atque in præſepibus urſos,* 7.
*Quadrupedum eripiens formam ( mirabile*
*dictu ! )* (*artus.* 9.4.
*In vultus atque ora hominum mutavit &* 1.5.
*Propterea ad noſtras caulas & ſepta venite;* 9.G.4.
*Montibus in noſtris errate & vallibus imis;* E.6.A.3
*Hic inſueta graves nõ tentant pabula fœtus;* Ec.1.
*Frigida nec glacies hic eſt, ventive nivales;* G.3.G.3
*Nec lappæ tribulive adſunt, nec corpora morbi* G.3.G.3
*Corripiunt; nulla pecudes moriuntur in herbis,* G.3.
*Aut dulces animas plena ad præſepia reddũt.* G.3.
*Verũ alta ſub rupe canit dũ paſtor ad auras,* Ec.1.
*Ecce catervatim curvis in vallibus errant,* G.3.A.11
*Tondentes gramen late candore nivali.* 3.
*Ad puteos noſtros & prata accedite, utriſque* G.3.A.6
*Unum ſit ſtabulũ, ſitque unus paſtor utriſq;* G.3.G.3
*Sic demum* Abramidæ; *quæ vos à ſtirpe pa-*
*rentum* 3.
*Prima tulit tellus, eadem vos ubere læto* 3.
*Accipiet reduces, ductorẽ exquirite* Chriſtũ. 3.4.
*Exſpectata dies aderat, fauſtamque ſerena* 5.
*Auroram* Phaëtontis *equi jam luce vehebant;* 5.
*Alma dies quæ luce novâ detexerat orbem* 4.10.
*Et mentis tenebras, & leges diſpulit umbras.* 1.
*Nam neque erant* 119 *aſtrorum ignes neque*
*lucidus æthrâ* 3.

119 Corruptiſſimus fuit jam Eccleſiæ *Judaicæ* ſtatus, & totus mundus in tenebris jacebat. Per *Aſtra*, Doctores, *per Cœlum*, Synagogam, per *Nubes*, Ceremonias, per *Lunam*, Mundum intelligo.


Side-

*Exuſit mæſta Mavortia mœnia* Romæ.
*Turbantur magno* Babylonis *regna tumult*
*Tartariæ trepidant ſedes, alta oſtia* Ditis
*Adventante* Deo, & *tonitru cælum omne*
*mugit.*
*Terrificant animos triſtes è nubibus ignes.*
*De cælo tactum eſt* 120 Capitoli *immob*
*ſaxum;* (*ſudan*
*Et mæſtum illachrymat templis ebur, æraq*
Romulus & *patrii indigites Dii,* Veſtaq
*mater,* (*ſervan*
*Vix* Tuſcum Tyberim, & Romana *pala*
*Nam ſubito cecidere metu ſimulachra deorũ*
*Et lupa cum geminis pueris cervice reflexâ,*
*Mulcens alternos, & fingens corpora lingua*
*Cum legum tabulis ærata arſere columna.*
*Dum verò medium luſtrat Sol aureus orbe*
*Hunc* Iris *croceis ambivit roſcida pennis.*
*Quin etiam è puteis oleum manare profund*
*Viſum, atque in medio tres Soles fulgere col*

*Ambiit ignitus* Phœbæum *circulus orbem,* 10.5.
*Venturi portenta* Dei, *regisque futuri,* 7.
*Auſpiciis cujus fœlicibus inclyta* Juda 1.6.
*Imperium terris, animos æquabit Olympo.* 6.
*Per varios tamen (heu) caſus, & funera crebra,* 1.6.
*Debellanda manēt Satanæ duriſſima regna* ; 5.6.
*Perque ignem, & tela, & rorantes ſanguine ſpinas* 8.
*Eſt iter in cælum nobis, ſic itur ad aſtra.* 6.9.
*O tu quē magnus Superūm regnator, Olympo.* 4.12.
*Demiſſum, tantos voluit perferre labores,* 12.
Chriſte Deus *(major rerū mihi naſcitur ordo,* 7.
*Majus opus moveo) precor aſpirato canenti,* 7.
*Pādito nunc* Helicona *mihi, cantusq; movete,* 10.
*Et mecum ingentes oras evolvito rerum,* 7.
*Dum tua carminibus complectimur acta* Maronis. G. 1.
*Vrbs antiqua fuit,* Zabulon *tenuere coloni,* 1.
Nazareth *in montis frondoſo vertice ſtructa* ; 7.8.1.
*Hanc coluit forma & præſtanti corpore Nympha* 1.
*Cui* Mariæ *cognomē erat* ; *jam nubilis annis,* 7.
*Iam matura viro* ; *vinclo ſocianda jugali* 7.4.
Joſepho : *hic* Davide *ſatus juſtiſſimus unus* 4.2.
*Qui fuit in terris, & ſervantiſſimus æqui.* 2.
*At* Mariam *(auditis ſi quicquam credimus)* Anna 8.
*Progenuit* ; Matthā Maria *de matre Sacerdos* 4.1.
*Edidit hanc* Annam ; *genus huic materna ſuperbum* 8.11.

*Auratis pennis, apicē & latera ardua cerni*
*Excelſi montis* Galilææ ; *huic nubibus atris*
*Aëreum caput & vento pulſatur & imbre.*
*Hic primū paribus nitens* Iovis *Angelus alis*
*Conſtitit, hinc toto præceps ſe corpore ad urbem*
*Miſit avi ſimilis, quæ circum littora, circum*
*Piſcoſos ſcopulos humilis volat æquora juxta ;*
*Haud aliter terras inter cœlumque volabat*
*Nuncius alatus, nubes ventosque ſecabat.*
*Vt primum parvis foribus ſeſe intulit alma*
*Virginis, humano tandem ſic ore loquutus :*
*O fælix una ante alias ſanctiſſima Virgo,*
*Cui nova progenies cœlo dimittitur alto ;*
*Ex te naſcetur cœleſtis origine* Chriſtus
*Chara* 121 Deum *ſoboles magnum* 122 Iovis *incrementum*
Davidis *hic patris ſolium conſcendet avitum,*

121 *Chriſtus* Deûm ſoboles . id

*Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.* Ec. 4.
*Huic* Deus *haud metas rerum nec tempora ponet,* Æn. l.1
*Imperium ſine fine dedit, te numina ſacro* l. 1.
*Spiritus intus alit; tenerumque infuſa per artus* l. 6.
*Mens agitat fœtũ, & parvo ſe corpore miſcet;* l. 6.
*Ne dubita, nam vera audis.* 3.
*Hæc ubi dicta dedit, ſublatus in aëra pẽnis* 1.
*In cœlum ſublimis abit; ſed territa Virgo* 1.
*Obſtupuit, ſteteruntque comæ, & vox faucibus hæſit* 2.
*Multa movẽs animo numẽ veneratur Olympi* 3.
*Hinc abiens ſeſe cognata ad limina perfert* 1.
*Saxa per & ſcopulos, & depreſſas convalles;* G. 3.
*Namque omnis regio ſylveſtribus horrida dumis* Æ.11.8
*Montibus aëreis turget, celſiſque minatur* 6.1.
*In cælum ſcopulis; Virgo tamen ardua montis* 1.11.
*Per deſerta jugo properans adventat ad urbẽ,* 11.
*Et conſanguineæ tectis ſuccedit* Elyſæ. 5.1.
*Cùmque introgreſſa, & coràm data copia fandi,* 1.
*Ipſa gravis, gravidam, læto clamore ſalutat;* 1.3.
*At vox ut* Mariæ *maternas impulit aures* G. 4.
*Cognata, en utero ſaltum dedit impiger infans;* Æ.12.1
*Qui licet incluſus tenebris & carcere cæco* 2.6.
*Præſenſit tamen auroram mortalibus ortam,* 4.11.
*Atque erumpentem denſa inter nubila Solem.* G.1.
*Nondũ hauſit cæli jucundũ lumen & auras,* Æ. 6.

*Abſque aure audivit, lumine ſine lumine·*
*Tum ſic orſa loqui genitrix : O ſola bea*
*Formoſas inter Nymphas. fœtusque be.*
*Quem portas utero; mene ergo in'uiſere*
*Alma parens Domini dignabitur? ecce i*
*Quam primum ut noſtras tua vox pe*
*ad aures,*
*Lætitiâ exultans fœtus pede plaudit in*
*O fœlix cui non deſit fiducia namqu*
*Servabit Pater omnipotens promiſſa. fi*
*Tum breviter virgo vultu demiſſa pro*
*En nova nunc tacitum pertentat gaud*
*ctus ,*
*En animus* Jovæ *laudis ſuccenſus am*
*O mihi tam longe maneat pars ultima v*
*Spiritus, & quantus ſat erit tua dicere*
*Qui tenuem famulam tali dignaris bon*
*Non ignare mali miſeris ſuccurrere gau*
*Propterea diverſa polus dum ſidera paſ*
*Semper honos nomenque tuum laudesqu*

Omnes hæ dicent me terque quaterq; beatam. 1.
Nos humiles genitor cælo miſereris ab alto; 5.
Eſt tibi vis animo, tibi tanta potentia, nobis 1.
Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos, 6.
Dejicere immites alta de ſede tyrannos, G.4.A.7
Tollere humo tenues urget quos turpis egeſtas. G.3.A.6
Tu victu revocas vires, queis pallida ſemper 1.3.
Ora fame, & donis opulentum, & munere divûm 3.1.
Exſpolias, ſervum auxiliis opibusq; juvabis, 1.
Hæc es pollicitus, neque te ſententia vertet. 1.
Aſt ubi non dubiis cœpit cognoſcere ſignis G.4.
Joſephus Mariam gravidã; pactos hymenæos Æ.4.4.
Exercere timet, dolet & vulgare pudorem 4.10.
Virginis: ergo animo nunc huc, nunc fluctuat illuc. 10.
Dum verò in curas animus deducitur omnes, 5.
Et nox atra polum bigis ſubvecta tenebat; 5.
Viſa fuit cæli facies delapſa miniſtri 5.
Aligeri, ſubito tales effundere voces: 5.
Tu qui Davidis genus alto à ſanguine ducis 4.
Joſephe, hanc Mariam ne dedignare puellam 4.4.
Iungere connubio ſtabili, propriamque dicare 1.
Nunc tibi, nam vento gravida eſt, & Numinis aura. G.3.Æ.6
Suſcipiet ſobolem cui tu cognomen Ieſu 4.1.
Impones, quia nempe ſalus ſuprema ſuorũ eſt. 6.12.
Dixerat, & tenues fugit ceu fumus in auras. 5.
Haud ſecus ac juſſus fecit Joſephus, & omnẽ 3.
Exegit ſine concubitu cum Virgine vitam. 1.G.4.
Interea magnũ Sol circumvolvitur annũ, Æn.3.

*in ſtabulo, quoniam prohibentur tecta ſ*
*Hoſpitii, tanta eſt pueri naſcentis egeſt*
*Qui tamen in toto fuerat ditiſsimus o*
*Imperium Oceano, famã jam terminat*
*Sic tandem generata* Dei *eſt certiſsima*
*Quem* Chriſtum *Graii* , Jeſum *cognomi*
*cunt* (*c*
Abramidæ : *huic Virgo genitrix , m*
*Quã non ulla* Venus, *nulli ſlexere* Hym
*Aſt innupta manens, & virginitatis a*
*Intemerata colens partu dedit integra p*
*Pulcra ſolo recubans , pulcher circum*
*natus*
*Incipit intactam riſu cognoſcere matre*
*Aſpice convexo nutantem pondere mund*
*Terrasque tractusque maris, cœlumqu*
*fundum,*
*Aſpice venturo lætentur ut omnia ſæclo.*
*Nam puer hic ille eſt promiſſus ſæpius orb*
*Qui populos in pace reget, gentesque ſub*

Sæva ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis — 1.
Poſt tergũ nodis, fremet horridus ore cruento. — 1.
Non ferro inſtructus, non auro, oſtroq; decorus, — 12.
Nec telo exultans, nec luce coruſcus ahena; — 2.
Sed pietate potens, ſuper & Garamantas & Indos — 6.
Proferet imperium: jacet extra ſidera tellus, — 6.
Extra anni ſolisque vias, ubi cælifer Atlas — 6.
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptũ. — 6.
Hujus in adventu jam nunc & Caſpia regna — 6.
Reſponſis horrent Divûm, & Mæotica tellus, — 6.
Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili. — 6.
Abramidæ duri durâ de ſtirpe parentum — 3.
Accipite hæc paucis, animosque adhibete, docebo. — 3. 11.
Hic illa eſt utero matris demiſſa columba, — 2. 5.
Roſtro pacifera quæ ramum extendit olivæ. — 6. 8.
Hic Sol juſtitiæ eſt, qui luſtrat lampade mentes (reſolvit. — 1. 4.
Humanas, denſasque umbras, tenebrasque — 4. 8.
Hæc vera aurora eſt, miſeris mortalibus almam (res. — 11.
Quæ tulerat lucem, luſtrans opera atque labo- — 11.
Extulit os ſacrum cæleſti hic Lucifer arce — 8.
Quem Deus ante alios aſtrorum diligit ignes. — 8.
Hic Manna eſt cygnos ſuperans candore nivali, — E. 7. A. 3
Aurea perpetua quam texit Virginis urna. — 4. 6.
Hic flamma eſt tactu lambens innoxia molli — 2.
Virginis arbuſtum: lapis eſt de monte revulſus, — E. 2. A. 12

Sed

*Incultiſque rubens pendebit ſentibus u*
*Et dura quercus ſudabunt roſcida mell*
*Quo duce ſiqua manẽt ſceleris veſtigia*
*Irrita perpetuà ſolvent formidine terra*
*Non lupus inſidias pecori, nec retia cer*
*Ulla dolum meditabuntur; non vinea ſ*
*Nec raſtros patietur humus; ſed ſolvet*
*Robuſtus juga tum tauris, nemus om*
*rebit,*
*Cũ canibus timida venient ad pocula*
*Ipſi lætitia voces ad ſidera montes.*
*Jactabunt: ipſa reſonabunt carmina r*
*Hunc igitur Dominum* Judæa *agnoſce*
*tem:*
*Aſſiduis ſupera votis, fer munera ſupp*
*Intemerata* Deo. Deus, O Deus *ille, p*
*Atque erit ille mihi ſemper* Deus; *illius*
*Uſque colam, & flammâ incendã flag*
*amoris;*
*Quãvis nulla meis ab ovilibus imbuat*

# CHRISTIADOS

## LIBER VII.

### Argumentum.

Hoc Libro continentur vaticinia de *Chriſti* nativitate, vitâ, miraculis, morte, reſurrectione, aſcenſione, &c. deque amplitudine, potentiâ, & ſplendore cœleſtis *Solymæ*, id eſt, Eccleſiæ & Regni *Chriſti*. Ubi arreptâ occaſione fit digreſſio in laudes Regum *Jacobi* & *Caroli* nutritiorum Eccleſiæ parentum. Ubi etiam invehitur *Virgilius* in ſacrilegos *Solymæ* expilatores, qui rapaci hoc ſæculo, Eccleſiæ bona, furore nefario perciti, uncis manibus diripuerunt.

H*Vnc olim caſta Vates cecinere* Sibyllæ. 5.6.
*Quarũ quæ fandi doctiſſima fi*lia Glauci 10.6.
Deiphobe, Phœbi *Vates (cui frœna furenti* 6.6.
*Cõcutere, & ſtimulos ſub pectore vertere ſuevit* 6.
Delius) *ex pura generandũ Virgine* Chriſtum 6. G.4.
*Prædixit, vocemque volens atque ora reſolvit.* 3.3.
*Non verò in foliis hæc ſcripſit carmina Virgo,* 3.
*Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.* 6.
*Hunc etiam* * Balam *cecinit longævus aruſpex* 8.8.
*Cui pecudum fibræ, cœli cui ſidera parent,* 10.
*Et linguæ volucrũ, & præſagi fulminis ignes:* 10.
*Efferet os, inquit, ſacrum de ſtirpe* Jacobi 8.6.
*Sidus, & erumpet* Iudæ *de ſemine virga* 7.7.
*Aurea, percutiet mundi quæ regna ſuperba.* 7.9.
*Ergo* Jacobæi *proceſſit Principis aſtrum,* Ec.9.

* *Num* 24. 17.

Aſtrum

Chriſtum *fœmineo venturum ſemine*
*Qui caput immanis contundet calce dr*
*Sed* Chriſtum *ſanies ladet, durique ve*
*Dentis, & admorſo ſignata in calce cic*
*Hic ille eſt* † Shilo *tremula quem v*
cobus
*Venturum cecinit, cùm pallens morte f*
*Incubuitque thoro, dixitque noviſſima*
*Hic ille eſt hominum* Jovæque *Interpres*
*Vates fatidicus, quem* ‡ Moyſes *legiſe*
*Prædixit, ſimilemq; ſibi, magnumq; fu*
*Hic ille eſt Regis* Davidis *filius; hic eſt*
*Qui templum condet; cujus ſine fine ma*
*Imperium, ut* * Nathan *Vates effatus*
*eſt.*
*Hic Rex* † *juſtitia gentes frænabit, hic il*
*Filius,* ‡ *hunc hodie genuit Pater, atq;* S
*Vertice ſublimi ſtatuit, Regemque vocat*
*Cui dedit* Oceani *fines gentesque regend.*

*Nec ſanctā patietur humi putreſcere carnem.* 10.G.
*Non vir ſed * vermis, quem pingues undique*
*tauri* *(ceſſunt;* G.3.
*Circumſtant, cornuque petunt, pugnamq; la-* 6.G.3.
*Dentibus infrendent ſævorum turba leonum,* 8.9.j
*Atque rudunt, ſævitque canum latratus in*
*auras;* 7.5.
*Tartareus cuſtos, horrent cui colla colubris.* 6.6.
*Hunc premit aſsiduo curſu, turbatq; latratu* G.3.G.3
*Horrendo, trepidique pedem pede fervidus*
*urget:* 12.
*Incluſum veluti ſi quando in flumine nactus* 12.
*Curvũ, aut puniceæ ſeptum formidine pennæ* 12.
*Venator curſu canis, & latratibus inſtat.* 12.
*Ille autem inſidiis, & ripa territus alta,* 12.
*Mille fugit, refugitque vias: ac vividus*
*Umber* *(tenenti* 12.
*Hæret hians: jam jamque tenet, ſimilisque* 12.
*Increpuit malis, morſuque eluſus inani eſt.* 12.
*Huic variæ illudunt peſtes; pars verbere torto* G.1.A.7
*Inſultat miſero; pars † veſtē ſcindit & inter* 6.2.
*Æquales illam partitur ſorte trahendo.* 5.1.
*Inficiunt hi ‡ felle dapes, hi pocula aceto* G.2.G.3
*Vitea commiſcent & non innoxia verba;* G.3.G.2
*Aſt alii * effoſsis manibus pedibuſq; recludũt* G.4.A.1
*Pectoris occultas latebras, ubi nocte quieſcat* 10.6.
*Supremâ, mea mẽs poſtquã eſt defuncta peri-* 6.6.
*Ecce oculis capti fodere cubilia talpæ.* *(clis,* G.1.
*Hic ille eſt ingens præſtanti corpore Princeps,* 6.7.

* Pſal. 22. verſ. 6, 12, 13, 16 † Pſal. 22. verſ. 18.
‡ Pſal. 69. verſ. 21. * Pſal. 22. verſ. 16.

*Iuſtitia inſignē phaleris ; quem pellis a*
*Non teget in plumam ſquamis conſer*
*aurum ;*
*Verum priſca fides, atque indulgentia ;*
*Longe auro atque armis melior, pictis*
*petis.*
*Inſtrato ſic vectus equo, ruet æquore to*
*Hostibus inſultans pavidis ; nec par*
*quetur*
*Gloria, quū* Solymæ *auſpiciis fœliciba*
*Proferet imperium, totum miranda per*
*Dextra rebellantū dabit altos ſtragis a*
*Ille tenens arcumque manu,celeresq; ſa*
*Spicula torquebit validâ penetrantia d*
*Regis in adverſos hostes, ſub pectore con*
*Donec procumbant omnes, dextramqu*
*cantem*
*Protendant humiles, & Regis numē a*
*Imperii ſolium manet uſque in ſæcula fi*

*Hunc oleo ſuper aquavos perfudit amicos.* 3. 5.
*Halantes Aloë, & Caſia, Myrrhaque madentes* G.4.A.12
*Regia purpureas emittet eburnea veſtes;* 12. 6.
*Blandaq; ſuſpenſam mulcebunt gaudia mentem.* 5. 1.
*Adſtabunt Nymphæ regali à ſanguine cretæ* 4.
*Inter honoratas famulas quæ juſſa capeſſant.* 5. 1.
*Auro omnes, pictis incinctæ veſtibus omnes.* G.4.A.7
*Affixa at lateri dextro ſtat regia conjux,* 10. 4.
*Purpuream picto chlamydē circundata limbo;* 4.
*Cui tunica ex auro, crines nodantur in aurū,* 4.
*Aurea cæruleis radiabat faſcia gemmis.* 4. 5.
*Tota quidem* * *forma eſt pulcherrima filia regis.* 10.
*Luce micant oculi, egregio decus enitet ore,* 4.
*Gratior at pulchro eſt veniens è corpore virtus.* 5.
*Veſtibus in* Phrygiis *fulget quas ante puella* 11.
*Fecerat, & tenui telas diſtreverat auro.* 11.
*Nymphārum comitante choro, plauſumque ſecundum* 10. 1.
*Ingeminante, domus reſonabit regia, quando* 1. 12.
*Illam porticibus latus Rex accipit amplis.* 3.
*Ille* † *inſtaurabit disjecta mœnia* Judæ, 3. 2.
*Atque urbem* * Solymam *condet, ſedesque locabit* (*figet.* 1.
Abramidūm, *& genti nomen dabit, armaque* 1.
*Montibus in* † *noſtris illo ſub Rege vigebit* E.5.A.8
*Pax & juſtitia, & populus venerabitur illū,* 1. 3.

* Pſal. 45. verſ. 13, 14, 15. † Pſ. 69. 35. * Pſ. 51. 18.
† Pſal. 72. à verſ. 3. ad 18.

*gna ſuperba.*
*Aurea portantes & thurea dona* Sabæi
*Suppliciter Reges aderunt; genibusque lutus* *(ca*
*Hoſtis adorabit; dominumque in vota*
*Gentes ſubmiſſa libabunt oſcula terra.*
*Hic pretio redimet miſerum, & defen egenum.*
*Agricola votis qua reſpondebit avari*
*Montibus & ſcopulis horreſcet ſpicea meßis*
*Vtque Cedrus* Libani *per purum aſſurgit auras,* *(*
*Haud ſecus innumeris tollet ſe culmus a*
*Illi omnes gentes ſolennia vota quotannis*
*Suppliciter facient damnabit, & hic quo votis.*
*Dumque orbem luſtrat cæli ſpirabile lumen*
*Semper honos, ſemper nomē celebrabitur ej*
*Inque illo gentes fient, populique beati*

*caput alma fides è terris efferet, illo* 6. G. 2.
*ege, & ſummo deſcēdet ab æthere Virgo.* 8. 12.
*uerat ſtabuli * cuſtos in montibus olim* G. 4.
des *linquens teneros cū matribus agnos,* G. 3. E. I
*dit ſolio,* Judæa*que regna capeſſit;* 8.
*† odorifero perduxit tempora nardo* 12. G. 4
*ipotens, ſceptrumque dedit, regnique coronam:* *(rum* 8.
hriſtus *quondam cuſtos gregis, omnia rerum tenet, manibusque orbis molitur habenas.* Ec. 10. I. 12.
*juvat auxilio genitor, dextraque tuetur,* 11. 2.
*lerum facies, violentaq; pectora lædant.* 6. 10.
*ſtes premet, & veſtigia vertere retro* 11.
*, & hoſtili mucronem ſanguine tinget.* 10. 12.
*ietas, nec priſca fides hunc deſeret unquam.* 6. 12.
*iumphatas utroque à littore gentes* G. 3.
*cis patriis penitus ſua ſub juga mittet,* 11. 8.
*eo per ſumma levis volat æquora curru,* 5.
*e indignatas magnis ſtridoribus undas* G. 2.
*io premet imperio; vinclisque tenebit* 1. G. 4.
*a per magnas labentia flumina terras.* G. 4.
*gemina auratus taurino cornua vultu* G. 4.
*et* Euphrates, *huic nigrâ* Nilus *arenâ* G. I. G. 4
*idans viridem* Ægyptum; Rhenus*que* Tagus*que,* G. 4.
*orū Rex* Eridanus, Xanthi*que fluenta.* G. I. A. 4
*etiam rapidus* Cretæ *cognoſcet* Oaxis, Ec. I.
*cher* Gāges, *atq; auro turbidus* Hermus. G. 2.

ſal. 78. v. 70, 71. † Pſal. 89. à verſ. 20. ad verſ. 31.

*nas ;*      *—— qua volvitur int*

*Et velox* Rhodanus *velatus arũdine gl*

*Turbidus & torquens flaventes* Iſter *ar*

*Ipſe pater* Tyberinus, *& ipſa* Aniena *fl*

*Saxoſumque ſonans* Hypanis, Tanais*qu*

*valu,*

*Hac ſtupefacta ſuos ſubmittẽt flumina fl*

*Imperio* Chriſti, *cujus mandata capeſſen*

*Hac inter* Thameſis *cœlo gratiſſimus am*

*Floribus atque apio crines ornatus amaro*

*Agnoſcet* Chriſtum, *& vitreis venerab*

*undis ;*

*Vicinaque colent ripa ; cui lilia plenis*

*Ecce ferent* Nymphæ *calathis, cui cand*

Nais

*Pallentes violas, & ſumma papavera carp*

Narciſſum *& florẽ junget bene olentis anet*

*Tum Caſia, atq ; aliis intexẽs ſuavibus herb*

*Mollia luteola pinget vaccinia caltha*

*Ara fumabant hominum pecudumque cruore.* 8. 4.
*Centum & bis dena* Auguſtam *delubra per*
*urbem* 1. 8.
Chriſto *fundabunt ſaxo fabricata vetuſto,* 3. 9.
*Relliquias fidei & veterum monumenta pa-*
*rentum.* *(mebunt* 8.
*Quæ pietas ſtatuet dum ſacra Deumque ti-* 2.
Chriſtiade, *vel dum pavidos terrebit agreſtes* 8.
*Relligio; ſed ſacra fames ſuccedet habendi* 3. 8.
*Contemptuſque Dei; deſertas quærere terras* 8. 3.
*Cogetur pietas; tum res rapuiſſe licebit* 10.
*Et certare odiis patrios populare penates,* 10. 1.
*Templaq; deripere, atque aras evertere ſacras* 12. 3.
*Fas erit, atque aurũ ſacratũ avellere templis.* 6. 2.
*Templa* Caledonii *cælo vicina reponent* 5. 12.
*Æqua ſolo; & ſummas caſis cuſtodibus arces,* 12. 2.
*Dum furit indomitum atque ignobile vulgus*
*in arma.* 2. 1.
*Heu belli rabies, & habendi dira cupido* 8. G. 1.
*Atque ſuperſtitio quantorum cauſa malorum!* 8. 12.
*Verum animus memorare horret, luctuque re-*
*fugit.* 2.
*Sancte parens hos ſterne tuâ virtute, * ruant-*
*que*
*Vt rota præcipites, & curſu concitus axis,* 12.
*Audent qui manibus violare rapacibus ædes* 7.
*Sacratas, fac projiciant ex unguibus uncis* 12.
*Abſtractaſque domus, abjurataſque rapinas,* 8.
*Et talem à noſtris terris avertito peſtem.* 3.
*Vtque levem culmum, ſtipulaſque procella vo-*
*lantes* G. 1.

Ter-

*Sed tamen hunc noſtrum tandem ſolat*
*ctum ;*
*Namque feret nobis aliquando optatib.*
*Auxilium adventumque* Dei, *qui tem*
*duca* *(h*
*Tollet humo, & veterem* Solymæ *ren*
*Nequicquã canibus circum latrantibus*
*Ipſe ſedens niveo candentis limine* Pa
*Fronte gerat lauri ramos, atque aureus*
*Fretus enim pietate hujus caput altius e*
Paulus *in egregio mox conſpiciendus am*
Carole *te nobis jam pridem regia cæli*
*Invidet, atque hominum queritur ca*
*triumphos ;*
*Tu namq; es meritus fama ſuper æthera*
*En tibi thure pio Muſarum altaria fuma*
*Et templa ædificant, ſertisq; recentibus or*
Caſtalides, *ſacrumq; ferunt ad ſidera nom*
*Et mea* Calliope *calamo te cantat agreſti*

*ſe caput tonſa foliis ornatus oliva* G. 3.
*burea dona feram* Tyrio *conſpectus in oſtro.* G.2.G.3
*ı foribus faciam ex auro ſolidoq; elephanto,* G. 3.
*ırtutes Rex magne tuas, benefactaq; tanta* 1. G. 3.
*ı* Solymam, *& pietatis opus, quo templa vetuſta,* *(arte* 1. 3.
*'ructa piis manibus, ſed nunc vel Marte vel* 5.
*ıruta reſtituis, doniſque recentibus auges.* 1.
*'ddam & navali ſurgentes are columnas,* G. 3.
*t ſubjecta tuis* Neptuni *regna carinis ;* 8.
*reptamque ſacrã latronũ è gutture prædam,*
*nproba quos ſubigit noſtras abſumere mẽſas* G.3.A.3
*ıgluvies, ſacro nunquam ſatiata cruore.* G.3.A.2
*ıſceribus miſerorũ , & tanto ſanguine paſti* 3.
*ſſa ſuper recubant malis ſemeſa cruentis.* 8.
*'ac ſi monſtra tuis, Rex magne, ejeceris oris* 7.
*ortunatus eris, &* Carolus *alter ab illo,* G.2.E.5
*'ui rem reſtituit* Latiam *faſceſque recepit,* 6.
*t pacem* Solymæ, *Majeſtatemque reduxit.* 12.
*unc* Parios *addam lapides ſpirantia ſigna.* G. 3.
*'uin etiam veterũ effigies ex ordine avorum* 7.
*'ntiqua ex Cedro,* Brutus, Fergusius, *atque* 7.
ruſſius *armipotens ; aliique ab origine reges,* 7.
*ſartia qui ob patriam pugnãdo vulnera paſſi* 7.
*'eſtibulo adſtabunt ; ſtabit genitoris imago* 7.
*lurea, qui nobis hæc condidit aurea ſæcla.* 6.
*t clauſit belli portas compagibus arctis,* 1.
*initimas inter poſito certamine gentes.* 8.
icelides *muſæ manibus date l lia plenis,* E.4.A.6
*'urpureos ſpargam flores, animamque* Jacobi 6.
*lis ſaltem accumulẽ donis, & fungar inani* 6.

L Mu-

*Ne prohibeto, ſatis luimus peccata pa*
*Pœnarũ exhauſtum ſatis eſt; miſerer*
*Jam tandem, miſerere tui bone paſtor*
*Namque lupos acuunt teneri balatibu*
*Qui pecori inſidias meditantur, totâ*
*Caula natat, tepidique tremunt ſub d*
*artus.*
*Heu! domus alta* Sion *facta eſt ſpelu*
*Horrida* Chriſtiadum *ſanie, dapibusq*
*entis.*
*Acribus hos venare lupos pater alme M*
*Atque tuis telis ſævos proſterne leones:*
*Eripe ſemeſam prædam; ne cade tuorum*
*Ulterius pingueſcat humus* Solymæa
*mus.*
*Sed nunc ad* Chriſtum *vatumque oracl*
*Regibus omnipotens * colet hunc magis o*
*bus unum.*
*Omnis in hoc nato chari ſtat cura paren*

*erios genitor dum nutu ſuſtinet orbes* 8.
*n deficiet ſoboles, & regia ſedes* 12. 7.
*n* Phaëtontis *equi ceſſabunt naribus ignē* 5. 12.
*are, & reſerare diem mortalibus almam,* 12. 11.
*iaque quadrijugo ferri inter ſidera curru.* 12.
*Hic ille * æternus divûmq; hominumque Sacerdos* 1. 3.
.chiſedec, *ſicut rector juravit Olympi*; 9. 12.
*i dextro affixus lateri genitoris, Avernum* 10,
*jiciet pedibus, premet hoſtes calcibus omnes* G. 2. A. 10
*ipiet ſceptrum, faſceſque in monte* Sionis 7.
*ollet, cunctiſque illinc dominabitur oris,* 7. 1.
*m omnes pleno latantes agmine gentes* 1.
*torem excipient plauſu; tum veſte decora* 5. 11.
*ſponte ſuâ terrarum ſerviet orbis.* 6. G. 1.
*os in teneram pecori gratiſſimus herbam* Ec. 8.
*ulto miroque modo deſcendit ab alto.* G. 4. A. 1
Chriſtum *è cæli labentem credimus arce* 2.
*ultas egiſſe vias, per Virginis alvum.* 3.
*iram exercens infeſto vulnere reges* G. 4. A. 2
*rnet, & ingentes acies ſtragemque ciebit.* 6.
*lto præcipites implebit ſanguine foſſas.* 11.
*quæſitor erit, vitaſque & crimina diſcet* 6.
*itium, & invicto cadet mucrone tyrannos.*
*mque hoſtem inſequitur fugientem, & corpore ſudor (tus:* 5. 9.
*uitur, & feſſos quatit æger anhelitus ar-* 9.
*uriet extemplo liquidas è gurgite lymphas*

* Totus Pſal. 110.

Najades, & *magno ſinuato obſerg...*
*Formoſum mea mens paſtorem ardeb.*
*Delicias hominum, nec quid ſperare.*
*Ignorans quonam viridi projectus in*
*Captantes pecudes umbras & frigor*
*Æſtibus in mediis ; donec per paſcu*
*Ad pingues duxit pecudes & ovilia*
*Errantem, & gelida requieſcere fe*
*bra.*

*Malus † ut arboribus decori eſt,*
*Utque roſa campis, ut lilia vallibus*
*Sic* Chriſtus *decus omne ſuis, ſu*
*cujus*
*Cana lego recubans tenera lanugin*
*Hic ille eſt cervus ſaliens in montib*
*Cornibus arboreis, atque inter lilia*
*Cujus nocte madet vertex & rore*
*Qui ſuperat ‡ candore nives, oſtr*
*bore,*
*Aurea frons olli ; vibratur vertice*

*Tales ſunt oculi* Chriſti *ſine labe decori.*
*Ecce genæ flagrant huic ſemper odoribus, ecce* 1.
*Candida diſtillant labrorum lilia Myrrha ;* G. 3.
*Et digiti gemmisq; graves, auroq; refulgent.* 1. 2.
*Sic uterus gemmis nitet, & candenti ele-*
*phanto,* 6. G. 3.
*Cruraq; marmoreas referunt aurata colũnas.* 4. 4.
*Ingreditur quãtus* Libanus,*vel qualis in altis* 10. 12.
*Montibus attollit ſe vertice* Cedrus *ad auras.* 12.
*Ergo non ſuperat* Chriſto *formoſior alter ;* 12.
*Non animo noſtro languenti charior ; ille* 12.
*Gutture divino ſuaves exhalat odores.* 6. 7.
*Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hædis:* Ec. 3.
*Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus* Iëſus. Ec. 3.
*Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus im-*
*bres :* Ec. 3.
*Arboribus venti, ſic nobis illius ira.* Ec. 3.
*Ergo age* Chriſte Deus, *mea lux, mea ſola vo-*
*luptas : egit ;* 2. 3.
*En Sol *pulſam hyemem ſub terras aureus* G. 4.
*Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit ar-*
*bos, nus ;* Ec. 3.
*Nunc frondent ſylvæ, nunc formoſiſſimus an-* Ec. 3.
*Halantes hortos, vineta, & rura petamus :* G. 4. G. 2.
*Atque inter corylos molli ſedeamus in herba.* E. 5. E. 3.
*Fũdit humus flores, jã candida populus antro* Ec. 9.
*Imminet, & lenta texunt umbracula vites.* Ec. 9.
*Nunc avium auditur varius concentus in*
*agris,* G. 1.
*Et lætæ pecudes, & ovantes gutture turdi ;* G. 1.

* Cant. 2. v. 11, 12, 13. & Cant. 7. v 11, 12. & Cant. 6. v. 11.

rem

Pampinus, & lato turgent in palmite ge

Et nunc omne tibi ſtratū ſilet æquor, &

Aſpice, ventoſi ceciderunt murmuris a

Purpureis * igitur ſpirantem floribus

tum

Intremus ſimul, & carpamus mitia p

Lilia, caſtaneas molles, & carea prui

Pocula lacte novo ſpumantia, roſcida

Lanaos latices, ſuavesque paremus

Nec myrrhæ deſint lachryma, nec puni

Dū verò attondent ſima virgulta

Ilice ſub nigra pallentes ruminat her

Dum pecus, & raucis reſonant arb

cadis;

Oſcula † libemus, mecum indulgebi

Optatos dabis amplexus, dextraque

Accipe me gremio, mecum requieſce

Fronde ſuper viridi poteris; cantem

Et tenui agreſtem meditemur arun

*Nec cytiſo ſaturantur apes, nec fronde capella.* Ec. 1c
*Savior eſt * tumulo latboque potentior ipſo* 3. 12.
*Quis poterit tantũ reſtinguere fontibus ignẽ,* 2.
*Volventem indomitam flammam atque incendia tanta?* 5. 2.
*Non vires heroum, infuſaq; flumina poſſunt.* 5. 5.
*Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.* Ec. 10
*Montibus † imponet montem, & tecta alta* Sionis G. 1. A. 1
*Agmine quo denſo gentes populique volabunt,* 12. 6
*Horrida gaudentes componere fœdere bella.* 6. 11
*Vomeris & curva falcis renovabit honorem.* 7.
*Enſibus ex patriis facient dentalia, & haſtas* 7. G.
*In falces vertent, ſurget gens aurea mundo.* 7. Ec.
*Hoc vimen ‡* Jeſſe *quod ſtirpibus exit ab imis* G. 2. G
*Ingenti* Solymam *ramorum proteget umbra;* G. 2
*Nec lupus inſidias pecori meditabitur, illo* Ec. 5
*Sub Rege, aut pueris aſperget vipera virus;* 8. G.
*Quippe malũ virus ſerpentibus auferet atris;* G. 1
*Frigidus haud ladet, quamvis latet anguis in herba;* Ec. 3
*Impavidi ludent pueri ſuper aſpidis antrum,* 8.
*Immanesque fera pecora inter inertia degent* G. 4. A
*Innocua; rituque bovis leo ſtramina mandet.* 11. 1
*Hic ille ** Immanuel *verus, quem candida Virgo* 4.
Jeſſiades *ſancto conceptum flamine fundet.* 4.
*Hic eſt quem tanti talem genuere parentes,* 1.

* Cant. 8. verſ 6, 7. † Iſai. 2. verſ. 2, 4. ‡ Iſai. verſ. 6, 7, 8. * Iſai. 7. verſ. 14, 15.

*...reportaret, libertatemque reſ...*
*Captivis, vinctiſque metu, man...*
*varet.*
*Utque recludatur foribus domus at...*
*Inferni; veniet, genteſque è carce...*
*Gentibus ‡ hic lux alma data eſt,*
Judæ.
*Hic clavẽ* * Davidis *habet, qua li...*
*Inferni reſerat ſolus, qui rurſus ea...*
*Occludit. Cui tanta homini permiſſ...*
*Hic eſt quem* † Bozra *venienten...*
*guttis*
*Sanguineis maculata tegit, qui nu...*
*Hoſtili tinxit direptis crura cothurn...*
*Hic ſolus calcavit ovans hoſtilia col...*
*Sanguinis en plenis ſpumat vindem...*
*Non ‡ linum extinguet fumans...*
*mine venti*
*Quaſſatos franget calamos: clamor...*
*Non acuet mitis, nec quenquam vo...*

*Nec decus * egregium forma, nec robur in*
*illo,* 7.
*Sed gravibus curis & mille doloribus æger;* 4.6.
*Vulneraque illa gerens quæ plurima propter*
*amicam* 2.
*Accepit* Solymam: *deſpectus, vilis, egenus,* 2.1.
*Afflictus vitam in tenebris luctuq; trahendo,* 2.
*Pro nobis multis plagis & morte peremptus;* G.4.A.6
*Et qui vulneribus medicavit vulnera noſtra.* G.1.A.2
*E ſicca tellure ut planta aſcendet in auras,* G.1.G.2
*Cujus perpetuis adoleſcet frondibus ætas.* G.2.
*Hic paſtor* David *quem fatis ora reſolvens* G.4.
*Olim* † Buzides *cecinit, cui regia parent* 8.7.
*Armenta, & late cuſtodia credita campi.* 7.
*Quærit ovem amiſſam deſerta per avia cuſtos* 7. G.4.
*Ille bonus, ſubiitque humeris, agnosque re-*
*pertos* 2.6.
*Ipſe ſinu fovet, & plena ad præſepia portat.* 11.G.3.
*Non metuemus eo cuſtode errare per agros* G.2.G.3
*Deſertos* Lybæ: *furem incurſusque luporum,* G.3.
*Nec tunc informes à tergo horrebimus urſas.* G.3.
*Mitior in campis catulorum oblita leæna* G.3.
*Errabit ſtragem dans nullã; & funera nulla,* G.3.
*Tutaque tontebunt nivei dumeta juvenci.* G.1.
*Tunc liceat molles ſub divo carpere ſomnos,* G.3.
*Aut dorſo ne moris libeat jacuiſſe per herbam* G.3.
*Impune, dum ingens ramorum protegit umbra* G.2.
*Solis ab ardore, & dum ſuadet inire ſuſurro* Ec.1.
*Examen ſomnũ, aut venientis ſibilus* Auſtri. Ec.5.

* Iſai. 53. verſ. 2, 3, 4, 5. † Ezech. 34. verſ. 11, 12, 13, 14, 22, 23, 25, 26, 27, 28. Iſa. 40. verſ. 11. Joh. 10. verſ. 11.

*Capti oculis cernent, ...*
*Quin deſerta ſiti regio florebit, ut alba*
*Lilia, cornigeri fugient per gramina r...*
*Rupes in pinguẽ vertentur ſaxaque ca...*
*Paſcentem niveos herboſo flumine cygn...*
*Quaque draconum olim luſtra, & ſtal...*
*ta leonum*
*Vitabant homines ubi peßima tigris &...*
*Obſcænaque canes, importunaque vol...*
*Errabant : jam armenta boum merri...*
*venci*
*Paſcuntur, pecudumque greges, hirt...*
*Lactea demittunt hic pingues ubera ...*
*Parturit omnis ager, fœtu nemus o...*
*veſcit*
*Sanguineisque inculta rubent aviar...*
*Irriguosque bibunt fontes violaria ...*
*Vt* Libanus *fundens domibus cedr...*
*preſſosque*
*Arboribus ſic proceris deſerta vireſ...*

*Sternit ſubter humum, glacies ne frigida lædat* G. 3.
*Molle pecus, ſcabiemque ferat turpesque podagras.* G. 3.
*Æſtibus at mediis umbroſam exquirere vallē* G. 3.
*Non refugit, ſi forte antiquo robore quercus* G. 3.
*Ingentes tendat ramos, aut ſicubi nigrum* G. 3.
*Illicibus crebris ſacra nemus accubet umbra.* G. 3.
*Quin omnes pecudū peſtes morbosque magiſter* G. 3.
*Compeſcit, medicaque manu contagia tollit.* G. 3.
*Dulcibus aut fluviis mergit pecus omne, vel aſtus* G. 3.
*Avertit feriens ſalientem ſanguine venam.* G. 3.
*Hoc caſo * paſtore explorat ovilia circum* 11. G. 3
*Triſte lupus ſtabulis: fugiunt armenta gregesque* E. 3. G. 3
*Saxa per & ſcopulos, & depreſſas convalles.* G. 3.
*Hic eſt quem* † Daniel *per noctem plurima volvens* 1.
*Vidit ad ætherii ſubvectum nubila cæli,* 8. 11.
*Omnes cœlicolæ medium quem ad ſidera ducunt,* 10.
*Atque hic longævum flammanti in ſede to-(nantem* 12. 10
*Vidit, eum tenuis niveo velabat amictu* 8.
*Carbaſus, & crines puriſſima lana tegebat;* 8. G. 4
*Quem rapidus flammis ambit torrentibus amnis,* 6.
*Ignitaque rota, vultus vomit igneus aſtus.* 10. G. 3
*Hunc circum innumeri cœli ſtellantis alumni* 6. 7.
*Sacra canunt,* Chriſtum*que ad patria limina ducunt:* 2. 10.

* Zach. 13. v. 7. Matt. 26. 31. † Dan. 7. v. 9, 10, 13, 14.

...... Solymam Chriſtus *revoca*
*omnem*
*Compeſcet culpam, peccataque morte p*
*Juſtitia æterna in terris veſtigia figet*
*Sanguine firmabit vatum prædicta pi*
*Deſinet Interpres Divorum monſtra re*
*Deſtituet vatum ignaras prudentia m*
*Tum liquido* Ambroſiæ *ſucco ſancti*
*heros*
*Vngetur, ſummi ingrediens ſacraria ca*
*Sed poſtquam immerito princeps crud*
*umbris*
*Occumbet, fundo* Romanus *vertet ab im*
*Mœnia terrena* Solymæ, *dominabitur in*
*Hoſtis ovans, totamq; evertet ſedibus u*
*Præcipitesque cadent inimicis ignibus ar*
*Vt rapido curſu torrens de montibus alti*
*Cum ſonitu ruit horrendo, quæq; obvia ſ*
*Involvens populatur agros; dabit ille rui*
*Arboribus ſtragemque ſatis; ſic ...*

*l neq; vis, nec longa dies abolere valebit.* 6. 5.
*unc & ** Zacharias *venturi praſcius avi* 8.
*icit, ramumque vocat; verum aureus*
*ille eſt,* 3. 6.
*'e ſuâ nullis hominum cogentibus, agro* G. 2.
*'li tollens caput uſque ad ſidera cæli.* G. 2. A. 1
*'itur intacta matris de cortice gemma,* G. 2.
*'itur è ſicco radix pulcherrima ligno* G. 2.
*ilat auricomus ſacrata ex arbore fœtus,* 6.
*hujus late per terras aura refulſit:* 6.
*'e ſolet ſylvis brumali frigore viſcum* 6.
*le virere nova, quod non ſua ſeminat*
*arbos,* 6.
*oceo fœtu teretes circumdare truncos:* 6.
*erat ſpecies auri frondentis opaca* 6.
*re, ſic leni crepitabat bractea vento* 6.
*es per terras, quas ſpargit lumine* Phœ-
bus. 10. 12.
*nis almus ager genitalia ſemina neſcit,* G. 2.
*men ecce tumet, nam occultis imbribus*
*ipſe* (*lympi* G. 2. G. 2.
*igis in gremium deſcendens rector* O- G. 2.
*ius alit magnum commiſtus corpore fæ-*
*tum,* G. 2.
*ſinus laxat* Zephyrus *cæleſtis, & ingens* G. 2.
*ad cælum ramis fælicibus arbos* G. 2.
*fronde pecori, & paſtori ſufficit umbram* G. 2.
*verò terra ferre omnes omnia poſſunt;* G. 2.
*inibus ſalices, craſſisque paludibus alni* G. 2.

:ach. 3. verſ. 8. & cap. 6. verſ. 12. Iſa. 4. v. 2. Jerem. 23.
& cap. 33. verſ. 15.

*Surculus ...*
*Diviſa arboribus patria, ſola* Indi
*Fert ebenum, ſolis eſt thurea virg*
*At* Chriſtum Judæa *tulit ditiſſim*
*Illius hæc arbor, nullo de ſemine ſ*
*Perque orbem late ramos & brach*
*Illam non hyemes ulla, non flabra*
*Convellunt, immota manet, cu*
*annos*
*Multa virum volvens durando ſ*
*Fraxinus in ſylvis pulcherrima*
*hortis,*
*Populus in fluviis, Abies in mo*
*Aſt animam formoſe meam, ſi*
*ſas,*
*Fraxinus in ſylvis cedet tibi Pi*
Joſua *fert duplicem* * *ex auro*
*ronam,*
*Ædificat templum, & ſolio conſ*
*Ecce venit* † *Rex,* Juda, *tuus*

*l nullo armorum ſtrepitu, aut clangore tu-*
*barum* 2. 2.
*rreditur* Solymam *tarda ſub vectus aſella.* 6. G. 1.
*Hunc omnes * populi redeuntem in nube*
*videbunt,* 12. 12.
*quoque qui ſacras ferro fœdare latebras* 2.
*ctoris atque manus auſi terebrare pedesque* 2. 3.
*gebunt, gemitumque ingentem ad ſidera*
*tollent* 11. 11.
*ctoribus tunſis, ſævoque ululante tumultu:* 11. 11.
*tales mugitus fugit quum ſaucius aram* 2.
*urus, & incertā excuſſit cervice ſecurim;* 2.
*it quales fundit lachrymas mœſtiſſima*
*mater* 12. 2.
*ua primum amiſit crudeli funere natum.* G. 2. G. 3
*Scandet † Oliveti montis faſtigia, caſis* 2. 6.
*ctibus, & ſciſſa reſerabit viſcera molis* 8. 8.
*ſſultabit humus, tum fundamēta dehiſcent* 8. 6.
*toniti montis; cujus pars Solis ad ortum,* 6. G. 3.
*tera ad occaſum verget; ſed tertia ad arces* G. 2. G. 1
phæas Scythiam*que & quarta recedet ad*
*Auſtrum.* G. 1.
*e triumphali ſublimis in Iride fulgens* 7. 4.
*ncta recognoſcet populorum crimina, & ipſe* 8.
*pplicijs animadvertet Rex juſtus in hoſtes,* 6. G. 3.
*reddet merita* Solymæis *præmia palmæ.* 5.
*nc ſubter* Solymæ *labentur flumina muros* G. 2.
*mare quod ſupra* Judam *quodque alluit*
*infra;* 8.
*: mare ſic terras ditione tenebit* Iēſus. 1.

* Zach. 12. verſ. 10. † Zach. 14. verſ. 1, 4, 5, 8, 9.

Hoc

Fert ebenum, ſolis eſt thurea virg
At Chriſtum Judæa tulit ditiſsin
Illius hæc arbor, nullo de ſemine ſ
Perque orbem late ramos & brach
Illam non hyemes ullæ, non flabra
Convellunt, immota manet, cu
annos
Multa virum volvens durando ſa
Fraxinus in ſylvis pulcherrima
hortis,
Populus in fluviis, Abies in mon
Aſt animam formoſe meam, ſi C
ſas,
Fraxinus in ſylvis cedet tibi Pinu
Joſua fert duplicem * ex auro arg
ronam,
Ædificat templum, & ſolio conſed
Ecce venit † Rex, Juda, tuus mi
non

*Sed nullo armorum ſtrepitu, aut clangore tu-*
*barum* 2. 2.
*Ingreditur* Solymam *tarda ſub vectus aſella.* 6. G. 1.
*Hunc omnes * populi redeuntem in nube*
*videbunt,* 12. 12.
*Hi quoque qui ſacras ferro fœdare latebras* 2.
*Pectoris atque manus auſi terebrare pedesque* 2. 3.
*Lugebunt, gemitumque ingentem ad ſidera*
*tollent* 11. 11.
*Pectoribus tunſis, ſævoque ululante tumultu:* 11. 11.
*Quales mugitus fugit quum ſaucius aram* 2.
*Taurus, & incertā excuſſit cervice ſecurim;* 2.
*Aut quales fundit lachrymas mæſtiſſima*
*mater* 12. 2.
*Quæ primum amiſit crudeli funere natum.* G.2.G.3
*Scandet † Oliveti montis faſtigia, caſis* 2. 6.
*Hoſtibus, & ſciſſa reſerabit viſcera molis* 8. 8.
*Diſſultabit humus, tum fundamēta dehiſcent* 8. 6.
*Attoniti montis; cujus pars Solis ad ortum,* 6. G. 3.
*Altera ad occaſum verget; ſed tertia ad arces* G.2.G.1
Riphæas Scythiam*que & quarta recedet ad*
*Auſtrum.* G. 1.
*Ipſe triumphali ſublimis in Iride fulgens* 7. 4.
*Cuncta recognoſcet populorum crimina, & ipſe* 8.
*Suppliciis animadvertet Rex juſtus in hoſtes,* 6. G. 3.
*Et reddet merita* Solymæis *præmia palmæ.* 5.
*Tunc ſubter* Solymæ *labentur flumina muros* G. 2.
*In mare quod ſupra* Judam *quodque alluit*
*infra;* 8.
*Sic mare ſic terras ditione tenebit* Ieſus. 1.

* Zach. 12. verſ. 10. † Zach. 14. verſ. 1, 4, 5, 8, 9.

*Hoc*

oc illud * ſaxum eſt exciſum è rupe, quod olim
gget ſimulachrũ ingens; hoc nocte ſopora,
oculos Regi viſum eſt adſtare jacenti
terribili in ſomno totumque coruſcans.
a cui facies, thorax argenteus, alvus
, ſed ferro radianti crura rigebant:
lapis in molem immenſam, & montem inſuper altum
evit, totoque ingens extenditur orbe.
rium erexit manſurum in ſecula cuncta
ipotens, terræ quod deſtruet omnia regna,
lque ævi longinqua nequit mutare vetuſtas.
ic eſt quem cecinit divino ex † ore Mi-(chæas
ceps Bethlemæ, qui olim virtute futurus
gius, totum qui viribus occupet orbem.
le etiam tuguri ‡ Davidis culmina lapſa

*Cruraque tunc tinget maturis vinitor uvis* ; G.1.E.10
*Et lactis muſtique fluent dulcedine montes.* G.1.G.2
*In patriam reduces captivi ponere vites* 1. G. 2.
*Incipient, fructusque feros mollire colendo,* G. 2.
*Et carpent paſsim ſua quaque ſub arbore * po-*
*ma,* Ec. 7.
*Sub ficu patula, & lenta ſub vite jacebunt.* E.1.E.10
*Vina novum fundent calathis Arviſia Ne-*
*ctar.* Ec. 5.
*Armorum † haud metuent ſtrepitus, iram-*
*que minasque* *(harum* G.2.A.8
*Hoſtiles, numerumve ducum, ſonitumve tu-* 3. 2.
*Sed placidam degent ſecura per otia vitam* 4. G.3.
*Hi viridi in campo, ſylvas illi inter opacas* ; G.3.A.6
*Propter aquas alii tardis ubi flexibus errans* G. 3.
J*ordanus tenera prætexit arundine ripas.* G. 3.
*Hic alta ſub rupe canet frondator ad auras,* Ec. 1.
*Illic inter oves paſtor requieſcet in umbra,* Ec. 7.
*Ludens qua vellet calamo ſecurus agreſti.* Ec. 1.
*Qualis de calidis ‡ fornacibus ignis anhe-*
*lat,* *(ſani* 8.
*Talis erit Domini adventus cunctique pro-* 11. 6.
*Et ſtipula ardebunt :* Phœbææ *lampadis in-*
*ſtar* G.1.A.3
*Fulgebit Sol juſtitiæ, pennisque coruſcans* 11. G.4
*Ille ſalutiferis, famulis medicabitur ægris.* 3. G.2.
*Exibunt pleno lætantes agmine juſti.* 1.
*Vt vituli exultant pingues in gramine læto* ; G. 2.

* Micah. 4 verſ. 4. † Micah. 4. verſ. 3. Iſa. 2. verſ. 4. & Iſa. cap. 11. & Iſa. 32. verſ. 17, 18. & Iſa. 35. v. 10. & Iſa. 49. verſ. 10, &c. ‡ Malach. 4. verſ. 1, 2, 3.

Et

*Dumque fluit rivis argentum maſſa*
*Levitica ſobolis vaſta fornace ,*
*Ipſe ſedens liquidum argentum aurum ;*
*Tum* Jovæ *pecudes mactabit ri*
*Sic omnes uno cecinerunt ore P*
Chriſtum *Pontificem, Regem,* *turum*
*Sanguine Virgineo generandum re puro.*

* Malach. 3. 1, 2, 3, 4.

124 Poëtæ, ſupremum Deum *æthera* voca θεὸν , hunc *Ariſtoteles* à ſempiterno c non autem ab ardore, ut *Cicero*. Hic i cum *Marcionitis* ætherium corpus , ſe Eccleſia.

# CHRISTIADOS
## LIBER VIII.

### *Argumentum.*

*Chriſti* nativitatem Angeli paſtoribus nunciant, qui ut juſſi *Bethlemum* ad puerum contendunt; octavo die *Chriſtus* circumciditur. Interea nova Stella *Magos* ex *Perſia Hieroſolymam* ducit: *Herodes* autem ex rumore novi Regis nati turbatus, pueros Bethlemiticos per ſatellites occidit, *Joſephus* verò & *Magi* in ſomno ab *Angelo* moniti, fugerunt; ille cum puero & matre in *Ægyptum*; hi per aliam viam in patriam. Poſtquam *Chriſtum* adoràſſent, *Simeon* eum Sacerdoti oblatum ulnis amplexus eſt. Duodecimum agens annum inter Doctores in templo à parentibus inventus fuit, cum quibus privatam vitam egit, donec anno ætatis ſuæ exacto trigeſimo, à *Johanne* baptiſatus in *Jordane* fuit. *Johannis* ſolitaria & frugalis vivendi ratio commendatur. *Chriſtum* jejunantem variis tentationibus invadit *Pluto*; quo victo & fugato, domino miniſterium ſuum præbuerunt *Angeli*; duodecim tenuis fortunæ ſocios elegit *Chriſtus*: deſcribitur conditio Regni *Chriſti*: bellum inter *Chriſtianos* deteſtatur Poëta, & varias intexit divinas & pias meditationes.

*NOx erat & terras animalia feſſa per omnes* Æ. 11.
*Alituum pecudumque genus ſopor altus habebat.* 11.
*Paſtores quidam teneros in montibus agnos* Ec. 2.
*Dum vigiles ſervant, en circumfuſa repente* 2. 1.
*Emicuit nova lux; qualis cum cærula nubes* 9. 8.
*Solis inardeſcit radiis longéque refulget:* 8.
*Protinus Angelicæ lætantes agmine turmæ* 1.

*Æther*

*Ipſe hæc ferrẽ jubens, celeres mandã-*
*ras :*
*En hodie partu ſub luminis editus*
Chriſtus Bethlemæ *eſt, victo domi*
*Servitioque premet Reges, Gentes*
*Quin* Manes *imos penitus ſua ſub j*
*Et Regẽ Inferni dextra ſub Tarta*
*Ite modo atque hinc vos* Bethlemæ
*ferte,*
*Et Puerum in præſepe alto ſpectate j*
*Hæc memorans* Gabriel, *volat ind*
*magnum*
*Remigio alarum, tota comitante ca*
*Aligerum juvenum, qui clarà luce*
*Et cœtu cinxere polum, cantuſque a*
*Ceu quondã nivei liquida inter nu*
*Quum ſeſe è paſtu referunt, & lon*
*Dãt per colla modos, ſonat amnis &*
*Pulſa palus.*

*Et Pueri vultu pariter Matriſque moventur.* 1.
*Sancte Puer, tune ille* Deus, *quem regia cæli* 1. G. 1.
*Non capit, & parvo tamē in præſepe recūbis?* E. 6. A. 9
*Pectoris anguſti ſubter faſtigia tecti* 8.
*Ingredere, & noſtris ſuccede penatibus hoſpes,* 8.
*Hic ſtabulum Puer, hic tua ſunt cunabula, dormi.* *(almum* 6. 3.
Jamque *octava diem miſeris mortalibus* 5. 11.
*Aurora extulerat; radiiſq; retexerat orbem.* 5.
*Aggreditur ſummum pubis reſcindere ferro* G. 3. C. 4
*Infantis* Chriſti *gentis de more* Sacerdos. A. 3. 6.
*Circumſtant varii dextra lævaque miniſtri,* 6. 1.
*Expediunt calidos latices, tepidumq; cruorem* 6.
*Suſcipiunt patera; jam tum cognomen* Iēſu 6. 1.
*Imponunt, vulniſque lavant infantis & ungunt,* *(deorum es,* 6.
Chriſte *Puer, jam nunc hominum ſator atque* 1.
*Propterea jam nunc votis aſſueſce vocari:* G. 1.
*Tu vix attigeras jucunda hac lumina vitæ,* 4. 6.
*Cùm ſacri effundis tenero de corpore guttas* 5. 3.
*Sanguinis, & duro laniatus cuſpide inges.* 6. 2.
*Hoc ego commerui vulnus, mea culpa pianda,* 12. 2.
*Nam ſcelus omne meum eſt, talem genuere parentes* 2. 1.
*At tua ſancta fuit genitrix, intacta puella;* 12. 6.
*Et tibi ſancta anima eſt ullius neſcia culpæ.* 12.
*Tu mihi primævam verbo reſcindere labem* 7. G. 3.
Chriſte *potes; ne me ſceleris contagia lædant* 6 Ec. 1.
*Si prohibere velis, talemque avertere peſtem.* 3.
*Immemor haud fuero, nec tanti gratia facti* G. 4. 7.
*Pectore labetur dum ſpiritus hos reget artus.* E. 1. A. 4

Ex

Ecce novam Stellam multa cum lu

Ardentem, & ſummi labentẽ culi

Signantemque viam Solymæ qu
urbem.

At verò ancipiti reges formidine p

Inſtituunt per regna Arabum, pe
ſaxa

Judæam petere, & terras tentare

Ergo iter incœptum peragunt, Solyı
pinquant

Et Stellam haud timidis vadente

Nondum urbem ingreſſi, cum ſeſe
aufert

Ex oculis Aſtrũ, tenues ceu fumus

Tũ breviter Reges fundunt has or

Iſacidæ magni genus armipotentis

Dicite (quandoquidem in veſtr
mus oras)

Qua regio Chriſtum, quis habet

Venimus, & ſiccos Arabũ ſuperavi

*Illi propterea ferimus ſolennia dona.* 9.
*Hæc poſtquam* Solymæ *fama eſt vulgata per*
*urbem,* 12.
*Exoritur trepidos inter diſcordia cives.* 12.
*Quæ ſubito motu concuſſit funditus urbem.* 12.
*Hac Rex ſollicitus turba, verbisq; Magorũ* 7.
*Quem Regem genitum dicant, quæ dona pa-*
*rarint* (*vidit illuc*; 6. Ec. 6
*Multa putat, nuncque huc animum, nunc di-* 6. 4.
*In partesque rapit varias, perque omnia verſat.* 4.
*Sicut aqua tremulum labris ubi lumen ahenis* 8.
*Sole repercuſſum, aut radiantis imagine lunæ* 8.
*Omnia pervolitat late loca, jamque ſub auras* 8.
*Erigitur, ſummique ferit laquearia tecti*; 8.
*Hæc alternanti potior ſententia viſa eſt*; 4.
*Pontifices, Scribasque ille intra tecta vocari* 7.
*Imperat, & ſolio medius conſedit in alto*; 7.
*Multa ſuper* Chriſto *rogitat, terramque re-*
*quirit* 1. 6.
*Natalem* Domini; *ſedato corde petenti* 12.
*Olli reſpondent* Bethlemæ, *ut ſæpe monebant* 12.
*Præſcia venturi Sanctorum Oracula Vatum.* 6. 7.
Herodes *Reges ad ſeſe in tecta vocavit* 7.
*Clam rogitans quando ſurgens ſtella ignea*
*ſummo* 4.
*Extulit os ſacrum cælo, tenebrasque reſolvit*: 5.
*Ite ait egregii Reges, quos ſtella ſubegit* 11.
*Ignotas tentare vias, exquirite* Chriſtum, 7. 3.
*Vos ſequar, & meritos illi indicemus honores.* 3.
*Poſtquam digreſſi cælo conſtare ſereno* 3.
*Cuncta vident, iterũ multa cum luce cucurrit* 3. 2.

S

*Vt tres conſpexit venientes Virgo*
*Obſtupuit primo aſpectu : tunc pl*
*Subjecit rubor, & calefacta per*
*Indum ſang*ineo velut i violav*
*Si quis ebur, vel miſta rubent ul*
*Alba roſa, tales Virgo dabat orc*
*Mirantur Puerū, figuntq; in Vi*
*Supp.iciter Reges, & ſanctū Nun*
*In Puero obſervant Divini ſigna*
*Ardentesque notant oculos qui ſp*
*Qui vultus, vocisq; ſonus; jurat*
*Virgineum vultum, ut roſea cerv*
*Vtque fluunt nitidi per lactea col*
*Dona dehinc auri, cum Myrrh*
Sabæo.
*Dant Puero, veri monumentum*
*Hacque rudimenta, & ſacra de*
*Primitiæ, quam mox capient tem*
*Scilicet hæc gens eſt proprio qu*

âvis Divû rector ſis maximus,orbemq; 9.
is Regis imperiis, & fulmine terres, 1.
mē horreſcis gremium genitricis egena. 2.1.
tgis amplexus ; ſed libas oſcula matri, 6.1.
da dum teneris exſiccas ubera labris. E.3.11.
trium linquis regnum, ſedesque beatas, 2.6.
bo eripias homines,& vincula rumpas : 2.
tibi,quas reddā tali pro munere grates? E.5.1.
ignas poſſum, nec debita dona referre : 1. 2.
ibi propono nullo munuſcula cultu : 9.Ec.4.
s precum myrrham lachrymarum & pe-
ctoris aurum. Ec.8.3.
rtitur interea cælum, & ruit Oceano nox 2.
vens umbra magna terramq; Polūque, 2.
lidūq; dolos, artesq; Herodis iniquas, 8.2.
ecum eventus varios in corde volutat 10.
a dum terris animalia ſomnus habebat. 3.
erat quo prima quies mortalibus ægris 2.
t, & dono divum gratiſſima ſerpit. 2.
Reges placida laxabāt membra quiete: 8.
nnis ecce ante oculos alatus Olympi 2.
ius adſtabat, riſusque ita voce monere : 5.
ui ſentitis tacito labentia cælo 3.
a, ſignorumq; obitus ſpectatis & ortus. G.1.
pites vigilate,fugamque capeſcite,regnū A.4.
triem remeate alia regione viarum ; 2.9.
t, tum cælo juvenis ſe condidit alto 8.
petēs:nox atra Magos,ſomnuſq; reliquit; 8.
unt, conſilio parent, ac juſſa capeſſunt ; 5.4.
pitantq; fugā ſylvas ſaltusq; peragrāt, 4.
orte Herodes curſu teloque ſequatur. 4.

*... ... in quemquam ...*

*Tunc mater delubrum adiit* S

*almum*

*Ipſa ſinu portans puerũ, procumb.*

*Atque Sacerdoti geminas pia Vi*

*Obtulit in pretium nati de more*

*Hic annis gravis atq; animi ma*

*Accepit gremio* Simeon, *dehinc*

*Pace tua liceat famulo diſcedere*

*Pollicitus, quoniam Divumque*

*ſatorem*

*His oculis hauſi; lucẽ hance ant*

*Omnium, ut optata luſtraret lam*

*Atque ut* Saracidum *ſit gloria ſo*

*Multaque præterea divino ex ore*

*Longævus Vates: oculis & pect*

*Hæret in infante, ac gremio fo*

*gens.*

Anna *etiam gravis ævo aderat*

*Præſcia venturi; hac ſupplex hu*

*'xpediit dictis, venturaque facta docebat :* 6.
*'ui decus egregium : geminas cui tempora*
*flammas* *(dus.* 4. 8.
*,ata vomunt patriumque aperitur vertice ſi-* 8.
*idſis, ſancte Puer, collo dare brachia circum* 1. 6.
*it mihi fas, gremioq; meo te* Chriſte *fovere :* 6. 1.
*ccultum inſpires ignem, ut te pectore toto* 1. 9.
*ccipiam, &* Dominum *caſus complector in*
*omnes.* *(vultus* 9.
*) Infans quam te veneror, namque haud tibi* 3. 2.
*Mortalis, nec vox puerum ſonat, es* Deus *ipſe.* 1. 4.
*Non equidem dulci amplexu divellerer uſ-*
*quam* 8.
:hriſte *tuo, aſt ipſo tecum conſumerer ævo.* Ec. 10.
*Interea dum Rex irarum fluctuat æſtu,* 4.
'oſepho *in ſomnis* Gabrielis *venit imago.* 1.
*mnia cœlicolæ ſimilis, vocemque coloremque* 4.
*:t crines flavos, & membra decora juventa.* 4.
*'um ſic aggreditur, riſusque ita voce monere*
*eſt :* 4.
*'ăcte Senex potes hoc ſub caſu ducere ſomnos,* 4.
*Nec quæ circũſtent te deinde pericula cernis ?* 4.
*Rex furit* Herodes *immani concitus ira,* 9.
*Mille dolos, dirumque nefas in pectore verſat.* 4.
*Non fugis hinc præceps dum præcipitare po-*
*teſtas ?* *(matre* 4.
*:ja age rumpe moras, Puerum cum Virgine* 4.
*Hos cape Fatorũ comites, pete regna* Pharonis: 2.
*:ſt locus* Abramidæ, Miſraim *cognomine di-*
*cunt,* *(ba;* 3.
*'erra antiqua potens armis, atque ubere gle-* 3.

*Heu cadet in quenquam tantu*
*Tunc mater delubrum adiit*
*almum*
*Ipſa ſinu portans puerū, procum*
*Atque Sacerdoti geminas pia p*
*Obtulit in pretium nati de mor*
*Hic annis gravis atq; animi m*
*Accepit gremio* Simeon, *dehinc*
*Pace tuâ liceat famulo diſceder*
*Pollicitus, quoniam Divûmque*
*ſatorem*
*His oculis hauſi; lucē hance an*
*Omnium, ut optata luſtraret lan*
*Atque ut* Saracidum *ſit gloria*
*Multaque præterea divino ex or*
*Longævus Vates: oculis & pec*
*Hæret in infante, ac gremio fo*
*gens.*
Anna *etiam gravis ævo aderat*

ediit dictis, venturaque facta docebat : 6.
decus egregium : geminas cui tempora flammas (dus. 4. 8.
a vomunt patriumque aperitur vertice ſi- 8.
ſis, ſancte Puer, collo dare brachia circum 1. 6.
mihi fas, gremioq; meo te Chriſte fovere : 6. 1.
ultum inſpires ignem, ut te pectore toto 1. 9.
ipiam, & Dominum caſus complector in omnes. (vultus 9.
nfans quam te veneror, namque haud tibi 3. 2.
talis, nec vox puerum ſonat, es Deus ipſe. 1. 4.
equidem dulci amplexu divellerer uſquam 8.
iſte tuo, aſt ipſo tecum conſumerer ævo. Ec. 10.
nterea dum Rex irarum fluctuat æſtu, 4.
epho in ſomnis Gabrielis venit imago. 1.
nia cœlicola ſimilis, vocemque coloremque 4.
rines flavos, & membra decora juventa. 4.
n ſic aggreditur, riſusque ita voce monere eſt : 4.
te Senex potes hoc ſub caſu ducere ſomnos, 4.
qua circūſtent te deinde pericula cernis ? 4.
: furit Herodes immani concitus ira, 9.
le dolos, dirumque nefas in pectore verſat. 4.
fugis hinc præceps dum præcipitare poteſtas ? (matre 4.
age rumpe moras, Puerum cum Virgine 4.
cape Fatorū comites, pete regna Pharonis: 2.
locus Abramidæ, Miſraim cognomine dicunt, (ba; 3.
ra antiqua potens armis, atque ubere gle- 3.

*Carpite iter , ...*
*Ne te his attingat terris Aurora mora*
*Angelus hæc fatus nocti ſe immiſcui*
*At ſenior* Joſeph *ſubitis exterritus u*
*Corripit è ſtratis corpus, Mariamque*
*Excute mox ſomnũ Virgo, tenerumq;*
*Tollas exilio comitem*, Deus *æthere a*
*Aligerum famulum præſtanti corpor*
*Qui celerare fugam, patriâque excee*
*det ;*
*Ecce iterum ſtimulat, ſequimur te*
*Quiſquis es, imperioq; tuo paremus*
*Adſis, ô ! placidusq; juves, & dirige*
*Dixit, & infantem media inter tali*
*Suſtulit exilio comitẽ, quem noctis*
*Ipſa ſinu præ ſe portans juga longa pe*
*Solorum nemorum, Fabro comitant*
*Sic ambo pariter greſſi per opaca vi*
*Defenſi tenebris, & dono noctis an*
*Corripiunt ſpatium medium, terr*

*ùm animus meminiſſe horret, luctuque refugit* 2.
*andas cædes atque efferа facta tyranni,* 8.
*ediam tamen his paucis, remque ordine pandam,* 3.
*łquam concepit furias ſævumque dolorem* 4. 1.
:odes *animo, tempus ſecum ipſe modumq;* 1. 4.
*git, irarumque omnes effundit habenas.* 4. 12.
*it in arma viros, acuitque his vocibus omnes:* 9. 7.
*ortes* Juvenes, *noſtras pervenit ad aures* 2.
hlemæ *Puerũ naſci de ſanguine Regum;* 1. 4.
*ius ab antiqua* Davidis *ſtirpe recenſent* 2. 6.
*geniem,* Judæ *qui fundet legibus urbes;* 6.
*ùm ut nos pellat regnis, hic quæritur hæres,* 3. 7.
*que ut ſollicitet cives in bella quietos.* 11.
*Regem hunc oculos referent, atque ora rebelles* 12.
ramidæ, *& turbas pollutâ pace ciebunt.* 7. 6.
*nc ô lecta manus radicem exſcindite ferro* 10. 7.
*ßidii, Regemq; caput cauſamque malorum* 12.
*lite, ne cives armis animisque refecti* 12.
*me convertant ferrum dominosque Quirites.* (tho 9.
*binos Pueros quam primum abſumite le-* G. 4. A. 3
*ſcentis nulli veſtrum miſereſcite Regis;* E. 4. 8.
*nite pila manu, lateriq; accingite ferrum;* 11.
*lite nunc animos, lætasq; advertite mẽtes,* 11. 5.
*mo ex hoc numero mihi non donatus abibit;* (lupi ceu 5.

*complent.*

*At trepida matres preſſere ad pectora*

*Ingentesque cient gemitus, miſer*
*multu*

*Omnia miſcebant, ferit aurea ſidera*

*Pectora nunc pugnis fœdant, nunc*
*ora;*

*Amplexosque fovent pueros, atque o*

*Quis tantam cladē, quis talia funer.*

*Explicet, aut poſsit lachrymis æquare a*

*O ſævos bello juvenes Regemque cruent*

*Tu non horreſcis natorum ſanguine tu.*

*Commaculare manus; genitor crudel*
*ullus*

Myrmidonum, Dolopumve, *aut duri*

*Sæviit in propriam ſobolem? quis ba*
*unquam*

*Conſperſit tanta puerorum cæde penates*

*Quid pius hic Infans in te committere t.*

*Quid pueri potuere? quibus tot* ...

*nc ſublimes liquidū trans æthera vecti* 7.
*cælicolas, omnes ſupera alta tenetis.* 6.
*es animæ ſi quid mea carmina poſſunt,* 6.9.
*dies unquam memori vos eximet ævo.* 9.
*domus* Abrami *capitolia celſa* Sionis 9.8.
*t, imperiumque Pater cæleſtis habebit.* 9.
*ſimulac Regis crudelis vita per auras* 11.
*ſit mæſta ad Manes, corpuſq; reliquit:* 11.
*pedum primis infans veſtigia plantis* 11.
*rat:* 11.
*terum in ſomnis vultu redeuntis eodem* 4.
*i ſe forma Fabro mox obtulit, illum* 4.
*iam remeare jubens: pia juſſa capeſcit* 2.
ius, *cui magna fuit ſpes regna videndi* 2.
*, progreditur: dextra ſe parvus* Ieſus 2.
*uit, ſequiturque patrem non paſſibus*
*æquis.* (*vens,* 2.
*ibit Virgo perplexum iter omne revol-* 2.9.
*dem patria perventum ad limina ſedis.* 2.
*m fama volat* Judæ *regnare per urbes* 3.
*n* Archelaum, *metuens conſiſtere terra* 3.
ius *patria* Antipæ *conſidere regnis* 1.
is *voluit*, Nazarethæ *obſcurus in urbe* 2.
*it puer ille genus qui ducit Olympo.* 2.6.
*puer cujus fama eſt ingentior annis,* 11.
*vis obſcurus ſecreta in ſede latebas;* 2.
*s es, aſt idem magni Rex magnus O-*
*lympi;* 5.
*r es, at donis opulentus; Filius, idem* 2.1.
*ter omnipotens; famulus, ſed maximus*
*orbis* 1.8.

... quibus cœlo te laudibus
Æthere qui ſummo Manes deſcendit a...
Vt nobis Satana manicas, atque arcta
Vinclâ queas; duros pro nobis mille l...
Gentes ſub injuſta, factis Herodis ini...
Pertuleras; hoſtes omnes, inimicaque...
Pallentes umbras Erebi, noctemque p...
dam
Imperio premis, ac vinclis & carcere ...
Te ſtygii tremuere lacus, Tu regna recl...
Pallida, Tu rerum Dominus, Tu ma...
ille es
Vnus qui nobis moriendo reſtituis rem.
Salve vera Jovis proles, decus addite ...
Et nos & mea dexter adi pede cœpta ſec...
Primus ab undecimo cum Chriſtum ...
rat annus (t...
Aſcendit Solymam, greſſumque ad n...
Stabat in urbe ingens ſolido de marmore ...
plum

[redacted]



hriſtus *veterum volvens monumenta*
*virorum* *(rilem* 5.
*nnos animumque gerens, curamq; vi-* 9.
*ſit medius: placido tunc ore magiſtros* 11.
*litur, gaudetq; audire & reddere vo-* 6.
*ere omnes intentiq; ora tenebāt (ces.* 2.
ım *admirantes, quod ſit Divinitùs Illi* G. 1.
*um, atque annis rerū prudentia major.* G. 1.
*inter ſeſe vario ſermone ſerebant,* A. 6.
*ovus hic ſacris cōſederat ædibus hoſpes,* 4.
*epta ferens, & reſpondere paratus.* G.3.A.9
*ueri virtus animo, multusque recurſat* A. 4.
*nos, hærent infixi pectore vultus,* 4.
*ue nec poſſunt expleri corda tuendo,* 8.
*ant (nec vana fides) genus eſſe deorū.* 4.
*rū amiſſum feſſi mœſtique parentes* 3. 2.
*les quærunt, iterumque iterumque vo-*
*cantes.* 3. 2.
*uc volvunt oculos, totamque pererrant* 4.
*ibus* Solymā *mediâ teſtudine Templi* 1.
*bnixum ſolio, legesque docentem* 1.
*unt tandē; aſt illi obſtupuere ſilentes,* 11.
*ſiq; oculos inter ſe, atque ora tenebant;* 11.
*ique, metuq; avidi cōtingere* Chriſtum 1.
*int, ſed res animas incognita turbat.* 1.
*num fari potuit ſanctiſſima Virgo* 12.
*litur natum, fuditq; has ore loquelas;* 5.
*Puer quonam noſtri tibi cura receſſit?* 2.
*ugis, aut quis te noſtris amplexibus*
*arcet?* 5.
*ſcis quantos diſceſſu nate dolores* 6.

*Sic* Maria, *at* Mariæ *contra ſic filius or*
*Quid juvat, ô genitrix, tanto indulgen*
*Vt me veſtiges lachrymans? non credere*
*Hunc tantum tibi me diſceſſu ferre dole*
*Quam pro me curam geris, hanc precor pro me*
*Deponas, natumque ſinas pro patre lab*
*Alma pati, cujus mihi juſſa capeſcere f*
*Imperio magni Patris parere paravi,*
*Hoc placeat nobis, hac eſt mihi ſola vol*
*Solamenque mali; nec me labor iſte gra*
*Hæc ubi dicta dedit: Virgo ſeniorque n*
*Inde domum referunt ſeſe; puerique v*
*Verba animo ſecum, & curam ſub cor meabant.*
*Ille autem paribus curis veſtigia figens*
*Inſequitur, patriſque ac matris juſſa*
*Exegitque ſuos cum Patre inglorius an*
*Clàm, donec firmata virum ſe fecerat*

*Cæruleus* Jordan, *cœlo gratiſſimus amnis.* 8.
*Huc ingens turba ad ripas effuſa ruebat:* 6.
*Matres atque viri, pueri, innuptæque puellæ.* 6.
*Quam multa in ſylvis brumali frigore primo* 6.
*Lapſa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto* 6.
*Quam multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus* 6.
*Trans pontũ fugat, & terris immittit apricis,* 1.G.1.
*Stabant orantes perfundi flumine ſacro.* A.3.
*Hic vitam in ſylvis inter deſerta ferarum* 3.
*Luſtra domosque trahit* Johannes *Regis Olympi* 3.1.
*Nuncius: hunc ſteriles vatem genuere parentes.* 5.
*Horridus in pilis, & ſtratus pelle Cameli,* 3.
*Prædicit multa, & triſtes denunciat iras.* G.2.
*Fundit humus facilem victum, ſylveſtria mella* Æ.3.
*Dant rami, & vulſis paſcũt radicibus herbæ.* G.3.
*Pocula ſunt fontes liquidi, atq; exercita curſu* G.3.
*Flumina: non* Cererem, *nec Maſſica munera* Bacchi A.8.G.4
*Appetit, aut dapibus menſas oneravit opimis:* G.4.A.6
*Regum æquabat opes animo tamen: optime Vates* A.11.G.2
*Fœlix ſorte tuâ, qui vitam noris agreſtem,* G.2.
*Panaque, Sylvanumque ſenem, Nymphasque ſorores.* A.1.G.3
*Regales epulæ tibi non nocuere repoſtæ,* G.3.A.5
*Sed fronde, & victu contentus ſimplicis herbæ;* G.1.A.8
*Luxuriam ſpernis quam ferrea protulit ætas.* 6.
*Aurea fulcra toris tibi non genialibus ardent.* Ec.2.

...anicus in terris hanc vitam duxit Adai
Aureaque ut perhibent illo ſub Rege fuer
Sæcula: ſic placida populos in pace regeba
Impia cùm nondũ gens eſt epulata juven
Quos rami fructus, quos ipſa volentia rui
Sponte tulere ſua carpſit: tunc arva fuer
Nec raſtris hominum, néve ulli obnoxia c
Pinguia tum nulli ſubigebant arva. Colon
Nec ſignare quidẽ, aut partiri limite camp
Fas erat, in medium quærebant, ipſaq; te
Omnia liberius nullo poſcente ferebat.
O fortunatos nimium ſua ſi bona nôſſent
Primævos Patres terra omni-parentis alu
nos:
Qui gelidos inter fontes, lucosque ſonantes
Riparumque toros, & prata recentia rivis
A ſtrepitu procul, & procul à diſcordibus a
mis
Produxere ſuam per ſumma ſilentia vitam
Deterior donec paulatim ...

*Navita tum ſtellis numeros & nomina fecit* G. 1.
Pleiades, Hyadas, *claramq;* Lycaonis Arcton. G. 1.
*Tum laqueis captare feras & fallere viſco* G. 1.
*Inventũ, & magnos canibus circundare ſaltus* G. 1.
*Atque alius latũ funda jam verberat amnem* G. 1.
*Alta petẽs, pelagoq; alius trahit humida lina;* G. 1.
*Et varias artes labor improbus omnia vincens* G. 1.
*Extundit, duriſque urgens in rebus egeſtas.* G. 1.
*Tunc alii gaudẽt nimium popularibus auris,* A. 6.
*Vicinosque alii ferro populare penates.* 3. 1.
*Quarit opes alius, penetratq; in viſcera terra,* G. 2. A. 6
*Argenti atque auri veſano cæcus amore.* 10. 1.
*Non umbra altorum nemorum, non mollia prata* G. 3.
*His movere animũ; non qui per ſaxa volutus* G. 3.
*Purior electro campum petit amnis apertum:* G. 3.
*Aſt hic fatidicus Vates, cui nulla relicti* A. 8. G. 4
J*ugera ruris erant, non auri pondera facti* G. 4. A. 1
*Infecti-ve, umbrâ nemorum contentus opaca,* 10. 6.
*Exegit vitam, & dapibus ſe paſcit inemptis.* 11. G. 4
*Non doluit miſerans inopem, aut invidit habenti;* G. 2.
*Nec ſtupet attonitus roſtris, nec plauſus hiantem* (*trumque* G. 2.
*Per cuneos (geminatur enim) plebisque pa-* G. 2.
*Corripit, at patria contentus filius aura,* G. 4. A. 4
*Non alio patriam quærit ſub Sole jacentem.* G. 2.
*Hunc adiens* Chriſtus, *verbis compellit amicis:* A. 3.
Zachariæ *ſoboles, magnam cui mentem animumque* 6.
*Inſpirat Pater omnipotens, aperitque futura,* 6.

*Iam ſacris numeris largos infundere rores.*
*Sed ſi tantus amor menti, ſi tanta cupido e*
*Spargere corpus aqua , fluviumque intra rapacem*
*Parebo, ſequere, & tuto Te tramite ſiſtam.*
*Hæc ubi dicta dedit fluvio* Jordanus *amæn*
*Jā ſenior (ſed cruda* Deo *viridisq; ſenectus*
*Inter populeas alacris ſe attollere frondes*
*Viſus, eum tenuis glauco velabat amictu*
*Carbaſus, & crines umbroſa tegebat arundo*
*Iſque ubi tendentem adverſum per gramin* Chriſtum
*Vidit, taurino demiſit cornua vultu*
*Suppliciter venerans, vitreamque invitat a aulam:*
*Tum demum præceps toto ſe corpore* Chriſtu
*In fluvium dedit: ille ſuo cum gurgite puro*
*Accepit venientē, & mollibus extulit ulm*
*Ecce autem ſubitum & dictu mirabile mon ſtrum (cœlu*

*Quæ plauſum ingentem pennis dat, lapſaque*
*cælo* 5.
*Devolat, & ſupra caput aſtitit, inſuper alis* 4.
*Intonuere Poli, & vox reddita fertur ad au-*
*res:* 1.3.
*Ecce Meæ vires, Mea magna potentia, ſolus* 1.
*Ecce Patris ſummi dilectus Filius, illum* G.2.
*Audite, ô Gentes, & juſſa faceſſite cuncta:* A.11.
*Hiis actis Deſerta petit ſpelæa ferarum:* A.1.G.3
*Hic inter vaſtas rupes atque horrida luſtra* A.3.
*Uſque quater denis jejunia longa diebus* 8.6.
*Pertulit, & totidem ſine victu noctibus ullo.* 3.1.
*Hic ad radices ſcopuli defeſſus* Ieſus 8.1.
*Conſedit, ſtygiis expectans ſedibus hoſtem.* 3.9.
*Hic ſtygius Rex eſt, olim de gente ſupremâ* 6.10.
*Cælicolum, quem dum divinos poſſit honores* 3.6.
*Præcipitē Omnipotens immani turbine adegit* 6.
*Cum ſociis, qui jam fundo volvuntur in imo.* 6.
*Illi indignantes magno cum murmure Ditis* 1.
*Circum clauſtra fremunt; cæli ſedet arce* Je-
hova *(iras* 1.
*Sceptra tenens, mollitque animos, & temperat* 1.
*Ni faciat maria ac terras, cælumq; profundū* 1.
*Quippe ferant rapidi ſecum, verrantque per*
*auras* 1.
*Sed Pater Omnipotens ſpeluncis abdidit atris* 1.
*Hoc metuens, molemq; & mōtes inſuper altos* 1.
*Impoſuit, regemque dedit qui fœdere certo* 1.
*Et premere, & laxas ſciret dare juſſus habe-*
*nas.* *(opaca* 1.
*Hic* Pluto *eſt Princeps tenebrarum & noctis* 5.6.

T

*mine,*

*Mille nocendi artes, jamque aſcendebat* (

*Horrendum ſpecus infremuit; vi terra hiſcens*

*Infernas reſerat ſedes, & regna recludit*

*Pallida, dis invíſa ſuperq; immane barath*

*Cernitur, interea ſeſe transformat in ora*

*Terribili ſqualore ſenis, cui plurima mento*

*Canicies inculta jacet, ſtant lumina flamm*

*Sordidus ex humero nodo dependet amictu*

*Et frontem obſcænam rugis arat, ignea t quens*

*Lumina tum tremulo tendens per gramin* (gre

*Peſtiferas aperit fauces, & voce ſuperbâ*

*Affatur cœli Regem atq; ita turbidus infit*

*Nate Patris ſummi, qui cœlū numine torqu*

*Fac* Cererem *correptam undis hac horrid ſaxa,*

*Cui* Chriſtus : *nequeunt homines producer* (*vitan*

*Dona laboratæ* Cereris . *verum* ...

Atque levis tandem Templi ſuper aſtitit arce. 6.
His Chriſtũ aggreditur dictis, ac talia quærit: 3.
Nate Patris ſummi, fac toto corpore præceps 1.4.
Ad terram mittas tete, Deus æthere ab alto 4.
Aligeros mittet vigiles, qui te agmine denſo 2.9.
Servabunt, nullo violabis vulnere corpus. 10.
Chriſtus ad hæc fruſtra tentas Regem ætheris
alti 9.12.
Talibus inſidiis deludere. Talia fantem 2.11.
Arripit haud timidè, & ſublimem in nubila
tollit: (cygnum 9.11.
Qualis ubi aut leporem aut candenti corpore 9.
Suſtulit alta petẽs pedibus Jovis aliger uncis. 9.
Quæſitũ aut Matri multis balatibus agnum 9.
Martius à ſtabulis rapuit lupus: haud ſecus
illum (poteſtas 9.3.
Qui Pater eſt hominum, divumque æterna 10.
Corripuit Satanas, atq; alta ad nubila tollit. 1.5.
Geſtatur liquido ſublimis in aëre Chriſtus; G.1.
Tunc procul excelſo demiſſus vertice montis A.5.
Conſtitit, hinc mare velivolum, terrasque ja-
centes, 1.
Littoraque, ac late populos dum deſpicit orbis, 1.
Alloquitur rurſus Chriſtũ Rex noctis opacæ: 1.1.
Hæc equidẽ mea ſunt, ſi me venerabere votis Ec.9.7
His te nos regnis donabimus; accipe, jura Ec.5.
Da populis, moresque viris & mœnia pone. A.1.
His dictis Chriſtus graviter commotus, abire 1.
Imperat, & tali fugientem eſt voce ſequutus: 1.
Maturato fugam, & ſub triſtia tartara vade 1.4.
Hortator ſcelerum, cæli prece Numen adora; 6.3.

*Conſcius audacis facti: caudamq; rem*
*Subjecit pavitantem utero, ſylvasq; p*
*Haud ſecus ex oculis Satanas ſe turbid.*
*fert,*
*Contentusque fuga, mediis ſe immiſcu.*
*At* Chriſtus *victor manet imperterritus*
*Immanem virtute fugans, & mole ſua*
*Tunc cæli proceres cælo venere volante.*
*Præpetibus pennis; mulcebant æthere ca*
*Victorique* Deo Bacchum Cereremque
*ſtrant.*
*Poſthac contendens ad proxima littora*
Andræam Petrumque *vocat, dum reti*
*ctant;*
*Illi concilio parent,* Chriſtumque *ſequn*
Johannē *tum voce vocat fratremq;* Jacc
*Ocyus hi linquunt confectum ætate parc*
*Et non præceptis Domini parere recuſan*
*Præterea* Thomas, Matthæus, *maximi*

*Omnibus his amor unus erat, labor omnibus idem,* G. 4.
*Scilicet ut gentes penitus ſua ſub juga mittãt;* 4. 8.
*Vtque mare ac terras omni ditione tenerent:* 1.
*Hos oratores biſſenos mittit in orbem* 7. Ec. 1.
*Nullâ arte inſtructos, nullis fulgẽtibus armis* 2. 5.
*Accinctos; non pila gerunt; non lucida ferro* 7. 5.
*Spicula; non aptant rorantes ſanguine criſtas.* 11.
*Tegmina nulla cavant capitum, flectuntve ſalignas* 7.
*Vmbonum crates: nulli thoracas ahenos,* 7.
*Aut leves ocreas lento ducunt argento.* 7.
*Non ope barbaricâ, nec verſicoloribus armis* 8. 10.
Chriſtus *eget, non ille acies ſtragemque ciebit.* 2. 6.
*Non vim, non vires Orientis & ultima ſecum* 8.
*Bactra vehit, partoq; ibat cum matre triumpho.* 8. 2.
*Aſt humilis ſupplexq; venit ſine viribus ullis* 12. 6.
*Vrbe, domo, victuque carens, atque omnium egenus* 1. 1.
*Diſcit pauperiem, & duros perferre labores,* 6.
*Atque omnes pelagique minas, terraque ſtygisque.* 6.
*O ſate Gente* Deum *turba per inane volantũ* 8. Ec. 6.
*Alituum, dulces poſuere in gramine nidos:* 8. G. 1.
*Nec non ſub terris fodere cubilia vulpes;* G. 1. E. 3
*Tu vero cui lar nullus, nullive penates* 5. 3.
*Pauperis aut tiguri congeſtum ceſpite culmen,* Ec. 1.
*Neſcis ubi totam poteris requieſcere noctem,* 6. Ec. 1.
*Neſcis ubi inflexam cervicem ponere poſſis.* 6. 3.
*Ductores alii qui ſeſe in bella ſequantur* 4. 8.

Piſcoſa circum labentia ...
Ars fuerat, pauperq; domus, nec nota potent
Munera, talem ingens comitatum elegit Ieſu
Hos voluit ſocios ſummis adjungere rebus.
Terrarum reges ſignis auroque rigentes.
Conſidunt ſoleis, populo ſtipante, paternis,
Aurea ſceptra manu, colloque monilia geſta
Aurea, tum duplices gemmis auroque coron
Imponunt capiti; veterumque ex ordine av
rum
Antiqua ex cedro ſive auro, aut ære coruſc
Veſtibulo effigies adſtant; cælataque in au
Fortia facta patrum, at Chriſtus Rex m
(ër
mus orbis
Qui mare nunc terramque metu cælumq
Nec palla aurata lucet; nec lactea colla
Auro innectuntur; nunquam geſtavit Ie
Arte laboratas veſtes oſtroque ſuperbo,
Nec circumtextum croceo velamen acan
Nec circumtextum croceo velamen acan
Nec circumtextum croceo velamen acan

Regnandi tibi Chriſte fuit cœleſtia regna 12.G.1
Aſſectus, populosq; domas cœleſtibus armis; G.4.A.11
Spernis & inſanos hominũ curare triumphos; 6.G.1.
Quippe ubi fas verſum atque nefas, tot bella per orbem G.1.
Tam multæ ſcelerum facies, non ullus aratro G.1.
Dignus honos, ſqualēt abductis arva Colonis, G.1.
Et curvæ rigidum falces conflantur in enſem G.1.
Quot validæ coëunt in triſtia prælia gentes? G.4.A.7
Regibus inceſſit magno diſcordia motu; 11.G.4.
Sanguine pingueſcit proprio Germania: Belgæ G.1.
Spicula adhuc acuunt, & ſeſe hortantur in arma; G.4.A.7
Nondum tot juvenũ ſatiati ſanguine pergunt G.1.
Vſque inter ſeſe paribus concurrere telis; G.1.
Italiæ ruptis inter ſe legibus urbes. G.1.
Arma ferunt, ſævit toto Mars impius orbe: G.1.
Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ G.1.
Addunt ſe in ſpatia; & fruſtra retinacula tendens (benas. G.1.
Fertur equis auriga, neque audit currus ha- G.1.
Quis furor, ô Cives, quæ tanta inſania belli? A.5.7.
Quæ vos diſciſſa demens diſcordia pallâ 8.
Sollicitat, ſævoque furens Bellona flagello? 4.8.
An ſemper coquitis patrios fornacibus enſes? 7.
Signaque ferre juvat, ſonitusque audire tubarum? (quam 7.
Optime Chriſtiadum Ductor, quo ſoſpite nun- 8.
Res equidē noſtras victas aut regna fatebor: 8.
Quis quæſo indomitas tantus dolor excitat iras ?

*Et faſtus ſimul, & ſcelera exitialia*
*His merſere malis, hac nos in pralia*
Chriſtiadæ, *ne tanta animis aſſueſc*
*Neu patria validas in viſcera verti*
*Sed tandem poſitis miteſcant ſacula*
*Aſpera, jam placidum lati componit*
*Et tu, magne Pater, Divûm miſere*
*Labere* Chriſte *polo, finesque inviſe*
*Triſtis ubi infauſto committitur omi*
*Fac in amicitiam coëant, & fœdera*
*Da pacem æternam, redeant Saturni*
*Aſpice nos tantum, finemque impone*
*Manda ne poſthac inflentur claſsica,*
*Impoſiti duris crepitent incudibus enſ*
*Ne poſthac noſtro pingueſcāt ſanguine*
*Namque ſatis luimus terrarum inf*
*orbem*
*Supplicia, & ſcelerum pœnas expe*
*omnes.*

# CHRISTIADOS
## LIBER IX.

### *Argumentum.*

Poſtquam 12 miniſtros in unum convocâſſet *Chriſtus*, variis documentis & præceptis inſtruit, adverſus hoſtium maliciam animat: deſcribitur Divini Verbi potentiâ in ore *Apoſtolorum*, quo regnum *Plutonis* corruit. *Chriſtus* in nuptiis *Cana Galilææ* aquam in vinum vertit; poſteà flagello mercatores è Templo ejecit; Evangelium prædicat, & omnes morborum ſpecies curat. Cum *Samaritana* ad puteum Divinum colloquium habet; cùm autem undique confluentes turbæ illum premerent, *Petri* naviculam aſcendit, & ex ea populum docuit, doctrinam verò miranda piſcium captura confirmavit: viduæ unicum filium defunctum reſuſcitat. Dum verò in navi dormiret, excitatâ tempeſtate *Pluto* illum cum ſociis ſubmergere tentat; ſed è ſomno experrectus, objurgatis ventis procellam ſedat. Ex duobus *Gadarenis* juvenibus Dæmones ejecit, qui porcorum gregem in aquis immerſerunt. *Hæmorrhoiſſam* contactu veſtis ſanat. Filiam *Jairi* mortuam vivificat. *Magdalenam* lachrymantem à Dæmonibus liberat. *Reguli* filium abſens ſanat. In Patria docens, in vitæ diſcrimen adducitur: *Baptiſta* incarceratur, & decollatur. Deſcribitur *Herodis* convivium, & res geſtæ *Herodis* magni obiter decantantur.

*POſtquam contraxit ſocios in littore* Chriſtus *(regni* 3.5.
*Principio edicit, patrii ne limine* 3.2.
*Excedant,* Judæ *at totâ in regione vagentur* 1.6.
*Dicentes pacis leges, & lætaſalutis* 12.2.
*Nuncia portantes, mira & ſpectacula rerum,* 8.G.4.

Quod

[redacted] e propinquabat regnum cæleſte docentes
[redacted] ut expellant omnes è corpore morbos.
[redacted] os fratres, & triſtia monſtra Barathri
[redacted] verbo; defunctaque corpora vitâ
[redacted] n revocent, & nomine quemque ſalutent.
[redacted] s tunicas prohibet geſtare, pedumve
[redacted] ſic auri, argenti, vel æris acervos
[redacted] erre, pedesq; vetat vincire cothurno.
[redacted] lomus fuerint ingreſſi limina, pacem
[redacted] nt, quam ſi quis ſpreverit, illius ædem
[redacted] exigui jactu teſtentur oliva
[redacted] indignam, vel pacis legibus eſſe.
[redacted] l oſtendit per quot diſcrimina rerum
[redacted] t, & quoties caput objectare periclis
[redacted] r, quoties pœnas cum ſanguine poſcent
[redacted]

*elunca ſubito commota columba* 5.
*nus & dulces latebroſo in pumice nidi* 5.
*n arva volans, plauſumque exterrita*
*pennis* 5.
*cto ingentem, mox aëre lapſa quieto* 5.
*ter liquidum, celeres neque commovet*
*alas.* 5.
*s inſidias pecori meditatur, ita hoſtis* Ec. 6.
*olos illis, odiisque agitabit iniquis.* 4. 1.
*luti pleno lupus inſidiatus ovili (bres.* 9.
*emit ad caulas, vẽtos perpeſſus & im-* 9.
*uper media, tuti ſub matribus agni* 9.
*m exercent, ille aſper & improbus ira* 9.
*n abſentes, collecta fatigat edendi* 9.
*ro rabies, & ſicca ſanguine fauces* 9.
*ecus inſontes ſocios ad dira vocabunt* 5. 6.
*ia, infenſi & crudeli mente Tyranni:* 2. 6.
*avidos ſocios dictis hortatur amicis* 2. 1.
*imis opus eſſe docens, & pectore firmo:* 6.
*itent, néve ante tubam tremor occupet*
*artus,* *(irent;* 3. 11.
*malis cedant, ſed contra audentius* 6.
Deus *ipſe animos (inquit) viresque ſe-*
*cundas* 2.
*etque, dabitque aptas expromere voces;* 2.
*ne nec volucres labuntur ab athere pen-*
*nis.* 11.
*ma de veſtro labetur vertice, quin &* 2. 2.
*certa manet vobis, & munus habebit* 5. 5.
*igentis aqua ſitienti pocula porgit,* 6. 5.
*cet exigui veteraſcet gratia facti.* 11. 7.

*Qui regit ætherias, cuique umbra*
*ſilentes*
*Et* Chaos & Phlegetõ *loca nocte ſi*
*Parent, cui imperium eſt animaru*
*poris, ergo*
*Durate, & voſmet rebus ſervate ſ*
*Talibus inſtructos monitis, verui*
*egenos*
*Humani auxilii, vel defenſoribus*
*Mittit in imperium magnũ de pau*
*Nempe ut* Judæam *primo, mox ext*
*Subjiciant* Chriſto, *at ſine vi, ſine*
*rorum.*
*Regum oratores magna comitante*
*Procedunt, ramis velati Palladis o*
*Munera portantes eborisque auriqu*
*Aſt hi nec pacis ramos, nec munera*
*Sed verbum omnipotens ſceptrum*
*Regni,*
*Cui vis nulla virũ, nec iniqua pote*

*Exiit, oppoſitasque evicit gurgite moles* 2.
*Fertur in arva furens cumulo, camposque per*
*omnes* 2.
*Cum ſtabulis armenta trahit, cecidere ſuperba* 2.3.
*Templa Deûm, trepidi ſiluere oracula* Phœbi. 3.3.
*Atque omnis Divûm interpres qui numina*
*falſa* *tit,* 3.
*Quin tripodas* Clarii *Cauros, qui ſidera ſen-* 3.
*Et volucrũ linguas, & prapetis omina penna* 3.
*Vt tuba terribilis verbi procul ore canoro* 9.
*Increpuit ſonitũ; tremere omnia viſa repentè* 9.3.
*Luminaque laurusque* Dei, *totusque moveri* 3.
*Mons circũ, & mugire aditis cortina recluſis:* 3.
*Tunc omnes peſtes Erebi fugere, relictis* 3.G.1.
*Terris, & noto rurſus conduntur in orco.* 2.
*Primo luctus abit dejecto lumine, paſſis* 6.2.
*Crinibus, & duris contuſo pectore pugnis.* 2.11.
*Auribus arrectis ſequitur metus, omnia de-*
*mens* *(citat omnis.* 2.4.
*Tuta timens, quemque aura omnes, ſonus ex-* 4.2.
*Poſt hos, pallentes morbi, triſtisque ſenectus* 6.
*Fugere, ultrices liquere cubilia curæ.* 6.
*Tum metus & maleſuada fames, & turpis*
*egeſtas,* 6.
*Terribiles viſu formæ lethumque laborque* 6.
*Tum cõſanguineus lethi ſopor, & mala mẽtis* 6.
*Gaudia bellipotensq; abjecto cuſpide Mavors* 11.8.
*Eumenides armati atris ſerpentibus orcum* 4.
*Horrendo ſtridore petunt, thalamosque revi-*
*ſunt* 3.6.
*Ferratos, ſequiturque gradu diſcordia magno* 6.4.

Chymæra,
Gorgones, Harpyiæque, & *formi*
*ris umbra*

115 Per *Centauros*, ſemiviros & ſemie
nes belluinis voluptatibus, cædibus, rapin
Per *Scyllæas biformes*, quarum una filia *Ny*
ditrix: altera, *Phorcicum Neptuno* in adult
ligo parricidas, proditores, & adultero
cœlo detrudere conatus eſt, ſignat ſeditic
ſuperioribus poteſtatibus reſiſtunt: *Hydra*
tam & rebellem multitudinem: *Chymæra*, i
& cultum dæmonum, cujus tres erant
*flammivomum* ſignificans terrores rudi pc
deles victimas pecudum & hominum: 2
miſcuas & infandas libidines notans: 3.
natam de Deo doctrinam, & vafram eor
Hanc *Bellerophon*, ſcilicet *Chriſtus*, βυλης
gaſo (eſt enim πηγὴ ἀιὲν ὤν fons peren
locius) interemit. *Gorgones* pulchro quor
anguineo, & aſpectu truculento, denot
bras, quæ primâ ſpecie videntur pulch
cruciant quaſi veneno infectos, & in ſax
*ſius Jovis*, ſed *Chriſtus Jovæ* filius: non *Mi*
*rii* gladio, ſed ſua ipſius ſapientia & eloq
*Evangelii* ſuperavit. *Harpyiæ*, divites avar

*Peſtiferã hanc turbam primis è faucibus orci* 7.6.
*Rex Stygius* Satan *ſuperas emiſit ad auras,* 6. 6.
*Poſtquam fatalẽ decerpſit ab arbore fructum* 6.6.
Eva *parẽs, verùm* Chriſtus *miſeratus* Adami, 6.6.
*Has iterũ miſit furias* Acherontis *ad undas.* 1.6.
*Poſtquã igitur rauco crepuerunt cornua cantu* 8.
*Terrifici verbi poſuere ferocia gentes* 3.1.
*Corda volente* Deo, & Chriſti *præcepta fa-*
*ceſſunt.* *(lympi* 1. G.4.
*Tunc Pater haud voluit ſummi regnator O-* 7.
*Has ſuper ætherias errare licentius auras:* 7.
*Sed noſtra ob commiſſa nigra ſpiracula Ditis* 1.7.
*Perrumpunt ſæpè, & ſupera ad convexa fe-*
*runtur* *(omnes* 2.6.
*Permittente* Deo, *at rurſus quando imperat,* 4.3.
*Ocyus attollunt ſtridentes anguibus alas,* 7.
*Cocytique petunt ſedem, & ſupera ardua lin-*
*quunt.* *(Regum* 7.
*Ergo* Deus *mihi ſis,* Chriſte, & *Rex optime* E.1.11
*Flectere qui Superos nec non* Acheronta *mo-*
*vere* 7.
*Voce potes, me flecte tuo ſpiramine, quæſo,* G.1.A.3
*Et dictis animũ rege nunc, & pectora mulce.* 1.
*Excudent alii ſpirantia mollius æra,* *(tus.* 6.
*Credo equidẽ vivos ducent de marmore vul-* 6.
*Orabunt alii cauſas, cœlique meatus* 6.
*Deſcribent radio, & ſurgentia ſidera dicent:* 6.
*Tu regere interea mundum Rex* Chriſte *me-*
*mento,* *(ſancto,* 6.
*Non ferro aut ſceptro, ſed verbo & flamine* 1.10.
*Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,* 6.

*re ſubjectis, & debellare ſuperbos.*
*ſtquã conticuit factoque hic fine quievi*
*us, tum propere exſequitur præcepta pa-*
*rentis*
*riis ſignis monſtrans genus eſſe* Jehovæ,
*bs* Hebræi Kanah *cognomine dicunt*;
*imenæus erat*; Chriſtus, *ſociique vocati*
*nt, accumbunt epulis, curasque reſol-*
*vunt.* *(edendi,*
*uã exempta fames, & amor compreſſus*
*ſtum eſt vinũ*; Chriſtus *ſublata reponi*
*cuncta jubet, dulcesque à fontibus*
*undas*
*nis fundi; mox unda rubeſcere cœpit,*
*ces fiunt ſpumantis pocula* Bacchi:
*admirantur cum vina liquentia fun-*
*dit*;
*etque mero pateras; ſtupet inſcia turba,*

Verbera torta parat, juveneſque ſeneſque flagellat, G.3.
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra A.5.
Nec mora, nec requies: quam multo grandine nimbi 5.
Culminibus crepitant, ſic denſis ictibus Heros 5.
Creber, utraque manu pulſat, verſatque profanos: 5.
Immiſitque fugam cunctis, atque intonat ore: 9.6.
Hic precibus locus eſt, at non ſpelunca latronum. 4.12.
Tunc Chriſtus paſſim tota regione vagatur 6.
Multa docens, ſortemque animo miſeratus iniquam 6.
Ignava plebis; varia & miracula rerum G.4.
Efficit, auxiliumque tulit mortalibus agris G.2.A.2
Dum medicas adhibere manus ad vulnera gaudet. G.3.
Omnes queis triſti languebant corpora morbo, G.4.
Quique ferunt fœdam ſcabiem, turpeſque podagras, G.3.
Atque hi quorũ artus depaſcitur arida febris G.3.
Linquentes duces animas, aut ægra trahentes A.3.
Corpora, quin ſurdi, mutique & tabida membra. 9.5.
Atque oculis capti, vel quos ſtupor urget inertes G.3.
Hinc atque hinc miſti catum glomerantur in unum, 1.5.
Auxilium Chriſti magno clamore petentes. 8.1.
Ille autem miſeros dictis ſolatur amicos, 3.5.
Omnibus, & verbo morbos compeſcuit omnes. G.1.3.

Hauſerat; arebant herbæ & cava fl
ſiccis
Faucibus ad limū radii tepefacta coque
Cùm Chriſtus longo defeſſus itinere ſea
Jacobi ad fontem, ut frigus captaret op
Intus aquæ dulces, vivoque Sedilia ſa
Forte fuit juxta mulier quæ fonte petel
Cymbia dulcis aquæ; tu ſavo exterrit
Atque ſiti flagrans, latices petit ille rec
Da ſaliente ſitim mulier reſtinguere fo
Chriſtus ait, dabimusq; tibi de fonte pe
Cujus qui ſacræ libabit pocula lymphæ,
Imis acta ſitis non hunc premet ignea v
Ad quem tum mulier ſupplex his vocib
Quisquis es haud (credo) inviſus cœle
aur as
Vitales carpis noſtram qui adveneris u
Cur tandem memet compellas vocibus
Cùm ſis præclaro Judæ de ſanguine cr
Nam me dives opum, ſtudiisq; aſperrim

*Hic juſſit; nec non ſolitus pater ipſe* Jacobus G.3.A.9
*Cũ famulis natiſque haurire ex fonte liquores* 3.7.
*Sed ſi ſis* Vates *venturi præſcius (atqui* 6.
*Haud vatũ ignarus venturiq; inſcius avi es,* 8.
*Omnia nam noſti factorum arcana meorum)* G.1.A.1
*Aut* Chriſtus *ſi ſis, ſacræ hujus pocula lymphæ* 3.9.
*Porrige, ne ſitiam rurſus, cogarve reverti* 6.2.
*Faucibus ad puteum ſiccis: reſpondit* Ieſus; 2.6.
*Ille Ego ſum quem tu promitti ſæpius audis* 1.6.
*Lux mundi* Chriſtus, Judææ *gloria gentis,* 5.6.
*Me pete, & accipies latices ſine fine fluentes.* 4.1.
*Hâc vice ſermonum roſeos in gurgite* Phœbus 6.11.
*Tingit equos, noctemque die labente reducit.* 11.
*Adventant ſocii, mulier properavit ad urbẽ,* 6.11.
*Dictaq; narravit* Chriſti,*remq; ordine pãdit.* 4.3.
*Concuſſam extemplo vulgatur fama per urbẽ,* 4.
*Fundunt ſe portis cives bipatentibus omnes,* 12.10.
*Et* Chriſtum *denſa miſti cinxere corona.* G.4.A.10
*Conticuere omnes, intentique ora tenebant* 2.
*Dũ docet, & volvens fatorũ arcana movebat,* 6.1.
*Sub noctẽ tunc tecta petunt, & corpora curant.* G.4.
J*amque dies alterque dies proceſſit, & inde* A.3.
*Digrediens, rurſus* Galilææ *venit ad oras.* 3.
*Eſt mare quod muros* Tyberiadis *alluit urbis* 8.
*Fluctibus, huic raucus fluvio* Jordanis *amœno* 7.
*Vorticibus rapidis, & multa flavus arena* 7.
*Influit; hac* Chriſtus *greſſus ad littora tendit,* 2.
*Et ſecum in ſicca ſolus ſpatiatur arena.* G. 2.
*Famaque finitimos, & clari nomen* Ieſu A. 5.
*Exierat, læto complerant littora cœtu* 5.
*Viſuri* Chriſtum, *pars atque audire parati.* 4.

*in omnes,*

*Nulla tuis ſine* Me *quæretur gloria*

*Hæc ubi dicta, petunt portus, & ve*

*Intendunt* Zephyri*, fertur cita gurg*

*Anchora de prora jacitur, ſtant litto*

*Progreditur* Chriſtus *comitum ſti*

*terva.*

*Cuncta manu medicâ curabat*

*Auxiliumque tulit præſens domin*

*niſtrisque,*

*Et pueris ſimul, & ſenibus medica*

*Jamq; propinquabat muris portis*

*Lugentem viduam concurſu accede*

*Conſpicit admirans numerum, mat*

*rosque*

*Filius huic matri miſeræ, prolesque*

*Una fuit, quæ prima oriens erepta j*

*Hujus frigentis corpus vitaque care*

*Exportant tectis & triſtia funera*

*Ducitur infelix mater confecta do*

*Ingemit, & triſtes juſſit deponere curas.* G.4.
*Tunc tetigit feretrum & tolli miſerabile corpus* 11.
*Imperat, exanimum juvenem feretroque repoſitum* 11.
*Alloquitur, juſſitque ad limina ſurgere vitæ.* 7.
*Audiit exanimis, ſubitoque à morte revixit,* 4.2.
*Suppliciter venerans demiſſo lumine* Chriſtum. 12.
*Hic populus paulum aſpecta conterritus hæſit,* 3.
*Spemque metumque inter dubius, ſeu vivere credat,* 1.
*Sive extrema pati deluſus imagine falsâ;* 1.12.
*Agnoſcunt tandem revocatum à morte ſodalem.* 5.10.
*Nec ſe deluſos vana ſpe; protinus omnes* 1.4.
*Lætitia voces ad cæli ſidera jactant,* Ec.5.
*Et* Chriſti *laudant magnum & memorabile nomen.* 4.
*His demũ exactis, mox ſeſe à mœnibus heros* 6.3.
*Omnipotens* Chriſtus, *multis comitantibus, aufert* 6.3.
*Littora nota petens; navẽ tunc forte paratam* G.4.1.
*Corripuit, ſociosque jubet conſidere tranſtris;* 5.
*Solvunt vela citi; terraq; urbesq; recedunt;* 4.3.
*Certatim ſocii feriunt mare, & æquora vertunt.* 3.
*Interea in puppi gelidaque ſub ætheris axe* 8.
*Dum* Chriſtus *variis turbatus pectore curis* 8.
*Procubuit, ſeramque dedit per membra quietem;* 8.
*Dumque etiam dulci declinant lumina ſomno* 4.

*Sub*

remis fuſi per dura ſedilia Nautæ,
mplo Satanas unà cum gente tot annos
gerens; cujus nondũ exſaturata quieſci
odiis, Chriſtum ut poſſit ſubmerger
ponto; (auſtri
borum in patriam loca fœta furentibu
nũ venit, hinc imbres ventosq; furente
tat, atq; atros prorũpit ad æthera fumos
ue repercuſſos nebularum frigore, vaſto
ſonitu in terras defert pontumque pro
fundum.
ſubito rapidi venti velut agmine facto
data porta ruunt, & terras turbine per
ſlant.
buere mari, totumque à ſedibus imis
Eurusque Notusque ruunt, creberqu
procellis
cus, & vaſtos volvunt ad littora fluctus

[redacted]



e Deo potes hoc ſub caſu ducere ſomnos ? 4.
: quantis pelagi jactamur, cerne, periclis : 6.
quitur quantus cumulo præruptus aquæ
mons ? (hiſcens 1.
ice ut in fluctu pendes, atque unda de- 1.
'ā inter fluctus aperit, furit æſtus arenis. 1.
ocii miſeri per tanta pericula vecti, 5.
mus prohibe inſanas à navibus undas. 5.
ice nos placidus, precibus ſi flecteris ullis ; 2.
cilium da Chriſte tuum, & nos eripe letho. 2. 5.
iſtus ad hæc : revocato animum atque ab-
ſiſte precando. 1. 8.
ibus indubitare meis ; fiducia ceſſit 8.
itibi Petre mei ? poſſum namque omnia ;
nec me 8. 6.
quicquā terris genitor præfecit & undis ; 6.
n mulcere dedit fluctus, & tollere vento 1.
rno imperio divum Pater atque hominum
Rex ; 1.
rborumq; facit tempeſtatumque potentem. 1.
ubi læta Petri permulſit pectora dictis, 5.
um ad ſe Zephyrumque vocat, dehinc ta-
lia fatur. 1.
itane vos generis tenuit fiducia veſtri ? 1.
i cælum terramque meo ſine numine venti 1.
cere & tantas audetis tollere moles ? 1.
is ego, ſed motos præſtat componere fluctus, 1.
t mihi non ſimili pœna commiſſa luetis ; 1.
turate fugam, ſtygioque hæc dicite Regi : 1. 6.
i illi imperium pelagi, ſævumque tridentē, 1.
mihi jure datum tenet ille immania ſaxa 1.

*Collectasque fugat nubes, Solemque red*
*Purpureum, & dicto citius tumida aq*
*placat:*
*Mitis ut in morem ſtagni, placidæque pal*
*Sterneret æquor aquis, remo ut luctame*
*eſſet:*
*Ac veluti magno in populo cùm ſæpe coorta*
*Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus*
*Jamque faces & ſaxa volant, furor a*
*miniſtrat:*
*At pietate gravem & meritis ſi forte vi* (q
*Conſpexere, ſilent: arrectiſq; auribus adſ*
*Ille regit dictis animos & pectora mulcet.*
*Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora p*
*quam*
*Aſpiciens rapidi pacavit murmura venti.*
*Mirantur turba quis ſit cui tanta poteſtas*

me confectum curis, morbisque gravatum 6.
cipias tandem tuto placidiſſime portu. 3.
Poſtquam omnis ceſſit furor, & rabida
unda quievit, 6.
ox Gadarenonum pleno ſubit oſtia velo. 1.
c illi occurrunt juvenes duo mente furẽtes; 6.2.
is rabie fera corda tumet, hos concutit intus 6.
iritus obſcœnus ſtimulos ſub pectore vertẽs. 3.2.
on vultus, non unus erat color, uſque fati-
gat (mendo. 6.
rabadum fera corda domans, fingitq; pre- 6.
ic inter tumulos, & fœda cadavera degũt, 3.G.3.
orrendosque cient gemitus; micat acribus
ignis G.3.A.12
e oculis; rumpunt ferr[illegible], tractasq; catenas. 6.
uin ipſi proprios, dum ſævit ſpiritus intus 4.6.
Dii meliora piis, erroremque hoſtibus illum) G.3.
iſciſſos duris laniabant cautibus artus. G.3.A.4
c ambo ad Chriſtum rapidi per curva fe-
runtur 7.3.
ittora, tunc tales rumpebant pectore voces: 11.
ate Patris ſummi qui torquet ſidera mũdi, 1.9.
ur nos ante diem pœnis crudelibus urges? 4.6.
ondum ſumma dies, nec ineluctabile tempus 2.
enit, cùm clauſos tenebris & carcere cæco 6.
os exercebis pœnis per ſæcula cuncta. 6.
ed ſi nos hinc ire jubes, ſi pellere noſtro 4.3.
oſpitio cupias, quia fert ita corde voluntas, 3.6.
aremus: verùm liceat ſuccedere porcis 3.
uos celſa pendere procul de rupe videmus. Ec.1.
nnuit his Maria genitus; tunc ocyus omnes 1.4.

*Collectaſque fugat nubes, Solemque re*
*Purpureum, & dicto citius tumida*
*placat :*
*Mitis ut in morem ſtagni, placidaque p*
*Sterneret æquor aquis, remo ut luctan*
*eſſet :*
*Ac veluti magno in populo cùm ſæpe coo*
*Seditio, ſævitque animis ignobile vulg*
*Jamque faces & ſaxa volant, furor*
*miniſtrat :*
*At pietate gravem & meritis ſi forte*
*Conſpexere, ſilent : arrectiſq; auribus a*
*Ille regit dictis animos & pectora mul*
*Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora*
*quam*
*Aſpiciens rapidi pacavit murmura ven*
*Mirantur turba quis ſit cui tanta poteſ*
*Imperiumque datum pelagi, qui voce c*
*Luctantes ventos ; tempeſtateſque ſon*
*O qui ventorum moderaris flamin...*

ectum curis, morbiſque gravatum 6.
indem tuto placidiſsime portu. 3.
im omnis ceſsit furor, & rabida
nda quievit, 6.
renonum pleno ſubit oſtia velo. 1.
urrunt juvenes duo mente furẽtes; 6.2.
era corda tumet, hos concutit intus 6.
ſcænus ſtimulos ſub pectore vertẽs. 3.2.
is, non unus erat color, uſque fati-
at (mendo. 6.
m fera corda domans, fingitq; pre- 6.
umulos, & fœda cadavera degũt, 3.G.3.
que cient gemitus; micat acribus
gnis G.3.A.12
rumpunt ferr...,tractaſq; catenas. 6.
proprios, dum ſævit ſpiritus intus 4.6.
ora piis, erroremque hoſtibus illum) G.3.
uris laniabant cautibus artus. G.3.A.4
ad Chriſtum rapidi per curva fe-
untur 7.3.
unc tales rumpebant pectore voces: 11.
ris ſummi qui torquet ſidera mũdi, 1.9.
nte diem pœnis crudelibus urges? 4.6.
ſumma dies, nec ineluctabile tempus 2.
m clauſos tenebris & carcere cæco 6.
ebis pœnis per ſæcula cuncta. 6.
hinc ire jubes, ſi pellere noſtro 4.3.
upias, quia fert ita corde voluntas, 3.6.
: verùm liceat ſuccedere porcis 3.
i pendere procul de rupe videmus. Ec.1.
is Maria genitus; tunc ocyus omnes 1.4.

Tar-

*Immerſiſſe ſues; portus ruit omnis aperta*
*Turba ſenum ac juvenum, votis manibi*
*ſupinis*
*Orabat* Domiuum Gadarena *excedere te*
*Interea mulier macie confecta ſuprem*
*Cui miſeræ toto manabat corpore ſangui*
*Biſſenos annos arrepto tempore* Chriſtum
*Ægra ſequebatur, mediisq; in millibus i*
*Vndique (nam denſa populi incluſere cor*
*Veſtigat, manibusq; ardet contingere lim*
*Veſtis qua* Domînum *tenui velabat ami*
*Qua ſe cunq; igitur medio tulit agmine* C
ſtus
*Hac mulier ſubit, & tacite veſtigia luſt*
*Namque manu medica,* Phœbi*que pot*
*bus herbis* *(a*
*Sæpe uſa eſt fruſtra; impenſis nihil omn*
*Tantorum annorum, nihil ars, nihil a*
Apollo
*Subvenit, aut totis quæſita in montibus*

[redacted]



utem advertens exiſſe è corpore vires, 4.
tq; huc acies circumtulit, atq; ita fatur: 12.
undo tactu quidam me fœdat, & idem 3.
:ctare manu limbum velaminis audet, 2.4.
o namque meo fluxiſſe è corpore vires.
irans mulier Chriſti venerabile numen, 6.
e humilis, ſupplexque oculos, dextram-
que precantem (ratus 12.
ndit, Chriſtus dextram non multa mo- 3.
miſera, atque animum præſenti pignore
firmat. (plens 3.
:ce autem Chriſto perfertur nuncius, im- 9.
ibri clamore locum, natamque Jaïri 3.
nctã referens; Chriſtus ſperare ſalutem G.5.
t, & afflictis melius confidere rebus. 5.
: dextram extincta tetigit, blandiſque
vocavit 8.11.
us, illa graves oculos attollit, & alto 4.
ivit cælo lucem, gaudetque reperta. 4.
Patris extincta ſuſpenſam blãda viciſſim 7.
lia pertentant mentem, dulcedine læta 7.G.4.
ntur turba, Chriſtumque ad ſidera tol-
lunt. 3.Ec.5.
iſthac dum victu vires revocaret Jeſus, 1.
dalena venit furiarum infecta venenis, 7.
riſti genua amplectens, genibuſque vo-
lutans 3.
bat, lachrymiſque oculos ſuffuſa nitentes 1.
a figebat pedibus, fletuque rigabat; 1.6.
ntesque comas fuſas per candida colla 4.G.4.
uit, ſiccatque pedes, ſuſpirat, & ungit. 4.6.

*Alme precor miſerere, potes namque o*
*ſic Tu*
*Semper honore meo, ſemper celebrabere d*
*Illinc digreditur* Chriſtus, Canamq; *re*
*Hic illi occurrit claro de ſanguine Princ*
*Suſpirans, imoque trahens a pectore vo*
*Sic breviter fatur: Natum nunc eripe*
Chriſte *precor, triſti cui languent c*
*morbo,*
*Heu cadet ante diem? miſeri te ſiqua p*
*Tangere cura poteſt, nati miſerere, patr*
Chriſtus *ad hæc: Revocato animam,*
*veſcitur aura*
*Ætherea, nec adhuc crudelibus occuba*
*His dictis, cura emota, pulſusque paru*
*Corde dolor triſti diſcedit; protenus il*
*Nuncius occurrit qui certa ac læta repo*
*Luce frui optata, ac revocatū à funere n*
*Hinc abiens,* Chriſtus *patriam rem*
*in urbem*

[redacted]



vadunt, agitat cæcos inſania cives: 7.
aud aliter quã ſi magno cũ flamma ſonore 7.
irgea ſuggeritur coſtis undantis aheni 7.
xultantq; æſtu latices, furit intus aqua vis 7.
umidus atque alte ſpumis exuberat amnis 7.
ec jam ſe capit unda, volat vapor ater ad
auras. (montis, 7.
unc Chriſtum pellunt ſummi ad faſtigia 2.
rœcipitē ut ſcopuli detrudãt vertice; verùm 1.
cculit hunc denſis umbris circundata nubes 12. 4.
ortales hebetans viſus, atque humida circũ 2.
aligans, ſed enim caligo denſior horum 2.
entibus incumbit, tenebris denſantur opacis 3.
rrorum, quanti cinxerunt pectora nimbi? 5.
ernere dum nequeunt Chriſtum mortalibus
orbem 1. 5.
uce retexentē miſeris, noctemque fugantem. 4. 10.
rgo proripuit ſeſe, atque inimica refugit 8.
ppida, & in grata patria ſe ſubmovet oris. 7.
Interea Herodes indignâ morte peremit 6.
ohannem, dum Rex infando indulget amori 4. 6.
onjugis inceſtæ, & violat pia jura pudoris 6. 4.
lam thalamum invaſit fratris vetitosq; hymenæos. 6.
ohannes igitur juſtas exarſit in iras, 8.
ſſe nefas dicens thalamum inceſtare Philippi: 6. 10.
t Rex irarum volvens ſub pectore fluctus, 9.
nſontem vatem vinclis ac carcere cæco 1. 6.
mperat includi, quia vincla inceſta vetabat? 1. 2.
umque dies venit natalis, more vetuſto 2. 3.

*Aurea fulcra toris lucent, menſaque ſu*
*Impoſitis auro dapibus; carcheſia fulge*
*Cymbiaq; argento perfecta atq; aſpera,*
*Conveniunt magna pompa proceresq; d*
*Illos porticibus Rex accipiebat in ampli*
*Et tandem aulais ſeſe Tetrarcha ſuperb*
*Aurea compoſuit ſponda, mediumque lo*
J*am proceres Regni, nec nõ Romana juv*
*Regali accumbunt menſa ſtrato ſuper oſt*
*Dant manibus famuli lymphas* Cerere
*caniſtris*
*Expediunt, tonſisque ferunt mantilia vi*
*Quinquaginta intus famulæ quibus or*
*longo* (*n*
*Cura penum ſtruere, & flammis adolere*
*Centum aliæ, totidemque pares ætate min*
*Qui dapibus menſas onerent, & pocula*
*nant.* (
*Veſcitur* Herodes, *proceresque & læta in*

*Rex ipſe gravem gemmis, auroq; popoſcit* 1.
*evitque mero pateram, moxque impiger*
*hauſit* 1.
*nantem, & latus pleno ſe proluit auro.* 1.
*Regẽ proceres; laudes & facta parentis* 1.8.
odis *magni cythera qui perſonat aurea* 1.
*abat famulus, pugnata ut in ordine bella.* 1.8.
olymam *ingenti urbẽ obſidione premebat,* 8.
*sque in ferrum pro libertate ruebant:* 8.
*llo egregias idem disjecerat urbes;* 8.
*te triumphata Capitolia ad altâ* Sione 6.
are *cum ſocio, & totâ comitante cohorte* 2.G.3.
nulidũ *aſcendit, gemmis inſignis, & auro.* 8.10.
*Templum ſublime, ingens de marmore levi* 1.Ec.7.
*didit, & rutilo ſurgentes ære columnas,* 1.G.3.
*m* Sebaſten, *turrimque* Antoniam, &
*adem* *(dixit,*
aream, *quam Rex* Romano *à* Cæſare 3.
areamque *urbem tanto cognomine latam,* 3.
*umerasque arces ſplendentes marmore*
*cantat.* *(tuſto,* 9.3.
*ltaque templa addit ſaxo conſtructa ve-* 6.3.
odis *renovata manu; tum ſtrata viarum* 2.1.
*tas, & pontes, & propugnacula bello* 1.4.
*entesque minas murorum, aquilamque co-*
*ruſcam.* 4.12.
*ream in excelſo delubri vertice pennas* 4.5.
*identem, pedibusque uncis nova bella mi-*
*nantem* 2.11.
*n portus arte effoſſos, atque alta theatris* 1.
*damẽta canit jacta, immanesq; columnas* 1.

Cum patribus, populoque penatibus, & m
gnis diis
In puppi ſteterat, tremulis à vertice flam
Terribilis, variisque ut trux Antonius ar
Victor ab Aurora populis, & littore rubr
Ægyptum, Æoasque acies, & Memnonis
ma (con
Vexerat: utque ſequuta (nefas) Ægy
Puppibus auratis: atq; ut ſpumaverit in
Cōvulſum remis, roſtrisq; ſtridentibus aq
Vtq; omnis ſubito terrore Ægyptus, & I
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sab
Tunc cecinit magno mœrentē corpore Ni
Pandentemq; ſinus, & tota veſte voca
Cæruleum in gremium latebroſaque ſinu
victos
Ille canit numeris ſeptem diſcrimina vo

*Non tuba, non cornu, non bellica tympana nunquam* 9.
*Ære ciere viros* Martemq; *accendere cantu* 6.
*Auſus, at ad Venerem, nocturnaque prælia fortis.* 11.
*Quin etiam in numerum ludebat adultera* (*regis*, E. 6.10
*Et pedibus plaudit choreas, & carmina dicit.* 6.
*Noctem illam ludo, cantu, vinoque trahebat* 3. 1.
*Impius* Herodes, *vetitumq; bibebat amorem.* 2. 1.
*Uritur infælix, eſt inconceſſa medullas* 4. 1.
*Flamma, atque infandum vivit ſub pectore vulnus* 2. 4.
*Devotus peſti, turpique cupidine captus* 1. 4.
J*uravit, quodcunque petiverit illa daturum.* 6. 12.
*Cùm verò cauſa irarum, ſævique dolores* 1.
*Nondum animo exciderant: manet altâ mente repoſtum* 1.
J*udicium vatis, ſpretæque injuria tædæ.* 1. 4.
*Haud mora fatidici caput à cervice revulſum* 3. G. 4.
Johannis *petiit, ſic juſſerat impia mater.* 10. 6.
*Improbe amor quid nō mortalia pectora cogis?* 4.
*Nam ſua nec Vatem pietas, neque crimine vita* 2. 4.
*Expers, nec virtus protexit ab enſe Tyranni,* 4. 2.
*Aſt humeris caput avulſit, truncumq; reliquit* 2. 9.
*Sanguine ſingultantem: atroq; fluentia tabo* 9. 9.
*Ora viri in pleno ſpumanti ſanguine ſino* 8. 9.
*Tradidit. ah miſeræ promiſſum munus amāti.*
*Illa (nefas) ſcelere ante alias immanior omnes* ..
*Inſultat capiti, verbiſque illudit amaris.* 8. 9
*Tunc Matri ora modis attollens* pallida miris

O

*(Credere ſi dignum) hinc ſolido ut mox*
*Templo*
*Conſtituunt, lectosque dies de nomine v*
*Et ſtatuunt tumulum, & tumulo ſole*
*mittunt,*
*Æternumque viget* Baptiſtæ *in ſacula no*

---

# CHRISTIA

## LIBER X.

### *Argumentum.*

*Chriſtus* auditâ *Johannis* nece, ex *Galilæâ* ceſſit, ubi populi turbam ingentem miracul per mare ambulat, & *Petrum* pene immerſu pulum docet & ſanat; motus *Chananitidis* [illegible] 28 annos mo

ortuum. Fama miraculorum *Chriſti Sacerdotes* & *Scribas* exat: Concilium habent de opprimendo *Domino*, qui ex *daâ* in Deſertum ſeceſſit. Poſtea in æde *Simonis* ungitur *Magdalena*; *Judas* iraſcitur. *Chriſtus* triumphans *Hiero-lymam* petit, flet, & queritur de ejus ingratitudine. Exe-ratur infœcundam ficum: Orat, & Pater cœlitus reſpon-et. Agnum cum Diſcipulis edit, quorum pedes lavat, & ultis verbis inſtruit & ſolatur. Sacram cœnam inſtituit, *udas* exit, & *Dominum* prodit. Variæ Meditationes inſer-æ ſunt.

*AT mortem inſontis ſecum indig-*
*natus amici* 5.
Chriſtus, *& ingentes volvens ſub*
*pectore fluctus* 8.
*urarum, ut ſubiit chari* Johannis *imago* 2.
*itam exhalentis crudeli funere; mœſtus* 2.4.
*Ardet abire fuga, &* Galilææ *linquere terrã* 4.
*Navẽ aptat tacitus, ſociosq; ad littora cogit.* 4.
*nde ubi prima fides pelago, placataque venti* 3.
*Dant maria, & lenis crepitans vocat* Auſter
*in altum* 3.
*onſcendunt ſocii naves, & littora linquunt;* 1.9.
*Adnixi torquent ſpumas, & cærula verrunt.* 4.
*Tum deſerta petit vaſto ſubmota receſſu;* 8.
*Atque hic ingentẽ populi affluxiſſe catervam* 2.
*Admirans numerum invenit matresque vi-*
*rosque* 2.
*Undique convenere animos adhibere parati* 2.11.
*Dum ſocios docet, & veterum præcepta re-*
*volvit.* 4.G.2.
*Auribus arrectis pendent narrantis ab ore;* 1.4.
*Nec audiſſe ſemel ſatis eſt, juvat uſq; morari*

O 2

*Nec victu populus vires revocavit, in*
*Eſſe puto impaſtam dimittere in opp*
*bam:*
*Quare agite, ô ſocii* Cererem *deprom*
*Omnem gramineo jam rite locate ſed.*
*Haud ſecus ac juſſi faciunt, populun*
*cavrunt*
*Frōde ſuper viridi:* Chriſtus *partitur*
*Dona laborata* Cereris, *piſcesque mi*
*Veſcitur &* Chriſtus, *ſimul &* Judęa *j*
*Sic quinis oſſis, & binis piſcibus, om*
*Nocte domum ſaturi redeunt, curasqu*
*vunt.*
*Poſtquam exempta fames, bis ſenos*
*Relliquiis onerant* Cereris, *piſcesq; mi*
*Tū* Chriſtus *ſocios dare vētis vela*
*Ipſe autem tacita per amica ſilentia L*

*m pedes incedit* Chriſtus *per maxima* Ne-
rei (*undam* 10.
*na viam ſcindens , totam ſupereminet* 10.
*a vitreo tergo domitorem ſuſtinet orbis,* G.3.A.5
*i reprimit vultu rabiem cœliq; mariſque,* 2. 5.
*rea* Petrus *mediâ freta nocte ſecabat* 10.
*ſedens, clavumque tenet, veliſque mini-*
*ſtrat.* (*mam* 10.
*bicit, & ſubito tenuem ſine corpore for-* 6. 10.
*'orte obita quales fama eſt volitare figu-*
*ras)* 10.
*idiſſe putat, greſſumque obſervat euntis* 6. 10.
*nare per medium fluctus ſuſpenſa tumenti* 7.
*ret iter celeres, nec tingeret æquore plantas* 7.
*m verò ignarus rerum, ignaruſque ma-*
*giſtri,* 10.
*'onitus ſtupuit, mox illi frigidus horror* G.3.A.5
*mbra quatit , gelidùſque coït formidine*
*ſanguis.* (*umbram* 3.
: *non & ſocius* , Dominum *ut videre per* 1. 6.
*'curam (qualem primo qui ſurgere menſe* 6.
*t videt, aut vidiſſe putat per nubila lunā)* 6.
*iguit ſubita gelidus formidine ſanguis.* 3.
*ſocios* Chriſtus *pavitantes increpat ultro,* 6. 10.
*animos tollens dictis : timor omnis abeſto,* 10. 11.
*r animi cecidere? Ego ſum , non ſpiritus,*
*ergo* 3. 8.
*rate, & voſmet rebus ſervate ſecundis.* 1.
*c* Chriſtus Petri, *quæ vox ut venit ad aures* 2.
*mare præcipitem puppi ſe miſit ab alta,* 5.
*pedibus ſummas levibus perlabitur undas,* 1.

*... miſerere precor, ſucc...*
Chriſte *maris domitor, tempeſ...*
*norum.*
*Haud mora dat dextram trepid...*
*Tum venti poſuere, omniſque rep...*
*Flatus, & in lento luctantur ma...*
*Feſtinat* Chriſtus *terris adverte...*
*Mox ſe ad* Genaſaræ *recto fert lit...*
*Vndique viſendi ſtudio* Judæa *ju...*
*Circumfuſa ruit, complentur litt...*
*Nec* Chriſto *avelli poſſunt, nox hu...*
*Invertit cælum ſtellis fulgentibus ...*
*Hic ſurdos, mutos, & quos furor in...*
*Concutit, ille manu medicâ, vel ...*
*bat.*
*Poſthinc digreſſum mulier* Chanan...
*Proſequitur longe lachrymans, ſupp...*
*catur*

*Cunctantem ; tandem ſocii exhortantur ut*
*ægram* 6. 7.
*Reſpiciat, ſed ille nihil tractabilis audit :* 5. 4.
*Ac veluti annoſam valido cum robore quercũ* 4.
*Alpini* Boreæ *nunc hinc, nunc flatibus illinc* 4.
*Eruere inter ſe certant, it ſtridor, & alte* 4.
*Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes,* 4.
*Ipſa hæret ſcopulis, & quantum vertice ad*
*auras* 4.
*Ætherias, tantum radice in tartara tendit ;* 4.
*Haud ſecus, aßiduis hinc atque hinc vocibus*
*heros* 4.
*Tunditur, & nondũ vult exaudire vocantẽ.* 4. 1.
*Illa autẽ cernẽs lachrymas ſe volvere inanes,* 6. 4.
*More ſurens torrentis aquæ, vel turbinis atri* 10.
*Ad* Chriſtum *(namque omnis eum ſtipata*
*tegebat* *(rupens* 11.
*Turba virum) tendit curſu media agmina* 11. 12.
*Atque hæret complexa pedes, iterumque pre-*
*catur* *(plevit.* 2. 12.
*Vociferans, gemituque alto cælum omne re-* 2.
*Tũ breviter* Chriſtus *verbis caſtigat amaris :* 6. 5.
*Anne dapes lautas, & plena pocula menſæ* 11.
*Natorum, fas eſt canibus præbere profanis ?* 6. 9.
*Cui mulier : verũ fateor, neque dicta refello ;* 2. 4.
*Sed canibus liceat duris abſumere malis* 6. 3.
*Relliquias* Cereris, *ſi qua labuntur ab altis* 6. 3.
*Menſis, dũ domini dapibus veſcuntur opimis.* 8. 3.
*O mulier ! tua magna fides exclamat* Ieſus ; 4. 2.
*Pectore ſis firmo ; dabitur* Chananæa *quod*
*optas.* 6. 7

Chriſte *maris domitor, tempeſtatumque ſ*
*norum.* *(ab und*
*Haud mora dat dextram trepido quem tol*
*Tum venti poſuere, omnisque repente reſedi*
*Flatus, & in lento luctantur marmore tonſ*
*Feſtinat* Chriſtus *terris advertere proram;*
*Mox ſe ad* Genaſaræ *recto fert littore portum*
*Vndique viſendi ſtudio* Judæa *juventus*
*Circumfuſa ruit, complentur littora turbis*
*Nec* Chriſto *avelli poſſunt, nox humida don*
*Invertit cælum ſtellis fulgentibus aptum.*
*Hic ſurdos, mutos, & quos furor impius int*
*Concutit, ille manu medicâ, vel veſte lev*
*bat.* *(ſtru*
*Poſthinc digreſſum mulier* Chananæa *Mag*
*Proſequitur longe lachrymans, ſupplexq; p*
*catur*

*Cunctantem ; tandem ſocii exhortantur ut*
*ægram* 6. 7.
*Reſpiciat, ſed ille nihil tractabilis audit :* 5. 4.
*Ac veluti annoſam valido cum robore quercũ* 4.
*Alpini* Boreæ *nunc hinc, nunc flatibus illinc* 4.
*Eruere inter ſe certant, it ſtridor, & alte* 4.
*Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes,* 4.
*Ipſa hæret ſcopulis, & quantum vertice ad*
*auras* 4.
*Ætherias, tantum radice in tartara tendit ;* 4.
*Haud ſecus, aſsiduis hinc atque hinc vocibus*
*heros* 4.
*Tunditur, & nondũ vult exaudire vocantẽ.* 4. 1.
*Illa autẽ cernẽs lachrymas ſe volvere inanes,* 6. 4.
*More furens torrentis aqua, vel turbinis atri* 10.
*Ad* Chriſtum *(namque omnis eum ſtipata*
*tegebat* *(rupens* 11.
*Turba virum) tendit curſu media agmina* 11. 12.
*Atque hæret complexa pedes, iterumque pre-*
*catur* *(plevit.* 2. 12.
*Vociferans, gemituque alto cælum omne re-* 2.
*Tũ breviter* Chriſtus *verbis caſtigat amaris :* 6. 5.
*Anne dapes lautas, & plena pocula menſæ* 11.
*Natorum, fas eſt canibus præbere profanis ?* 6. 9.
*Cui mulier : verũ fateor, neque dicta refello ;* 2. 4.
*Sed canibus liceat duris abſumere malis* 6. 3.
*Relliquias* Cereris, *ſi qua labuntur ab altis* 6. 3.
*Menſis, dũ domini dapibus veſcuntur opimis.* 8. 3.
*O mulier ! tua magna fides exclamat* Ieſus ; 4. 2.
*Pectore ſis firmo ; dabitur* Chananæa *quod*
*optas.* 6. 7

*Hinc atque hinc triſtes poſuere cubili*
*Expectantque ægri, dum Spiritus al*
*Delapſus cælo, medicas agitaverit u*
*Qui potuit primo ſacratam innare p*
*Huic dicto citius fugit omnis corpore*
*Unus erat triſti correptus corpora m*
*Ter denos octoque annos, jacuitque*
*Extendens cum voce manus,* Ch
*precatur*
*Ut vellet miſereri inopem, dextraqu*
*Nam nemo eſt qui me de terrâ ſub*
*quit,*
*Limoſique lacus mediis exponat in*
*Extemplo* Chriſtus *mærentia pector*
*Atque animo triſtes curas deponer*
*Surge, ait, ac humeris notum ſuſp*
*Ille autem haud ſegnis ſurgens, c*

Occurrit; dira illuvies immiſſaque barba; 3.
Corpore abundabat fluidus liquor, omniaque
in ſe G. 3.
Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat. G. 3.
Hunc ut conſpexit Chriſtus non multa mora-
tus (bum. 1. 3.
Dat dextram, & verbo depellit corpore mor- 3. 12.
At Phariſæorum Chriſti fama occupat
aures, 3.
Et paßim tot facta virum diffundit in ora. 4.
Illi indignantes magno cum murmure, Tem-
pli (iras 1.
Circum clauſtra fremunt, variis rumoribus 1. 9.
Exacuunt, Chriſti temnunt miracula cuncta. 11. G. 4
Invidia moti verbis odia aſpera jungunt: 2. 2.
Quin bello expertos juvenes hortantur ad ar-
ma, 10.
Accenduntque iras, animiſque audacibus im-
plent. (te ferro 9. 7.
Talia tum mandant: vel Chriſtum abſumi- 9. 4.
Vel vinclis captum deducite protinus ad nos. G. 2. A. 1
Illi continuò volitant, furor, iraque mentes 9. 2.
Præcipitant: galeam tectis rapit ille coruſca 7.
Spicula fert alter, clypeumque auroq; trilicem 7.
Loricam induitur, fidoque accingitur enſe. 7.
Sic cuncti ad Chriſtum rapidi, totoque fe-
runtur 11.
Agmine, nec longis inter ſe paßibus abſunt. 11.
Sed ſimulac Dominum turbas videre docen-
tem 4. E2. 8
Conticuere omnes, arrectiſq; auribus adſtant: 2. 1

*tollunt.*

*Verùm inter primos oritur diſcordia ci*
Chriſtum *alii incuſant, alii miracula l*
*Scinditur interea ſtudia in contraria a*
*Tandem ubi concepit furias plebs vict*
*Sævit inops animi, totamq; incenſa per*
*Bacchatur*; Chriſtum *ſaxis ingentib*
*gent.*

*Tecta metu ſocii repetunt diverſa per a*
*Ac velut effuſa ſi quando grandine ni*
*Præcipitant, omnis campis diffugit ara*
*Omnis & agricola, & tuta latet arce v*
*Aut amnis ripis, aut alti fornice ſaxi*
*Dum pluit in terris, ut poſſint Sole rea*
*Exercere diem: ſic obrutus undique* C
*Saxorum nubē ſine vulnere ſuſtinet o*
*At poſtquam incolumem clam ſeſe ...*

*Poſtquam altos ventum in montes atque in via luſtra* 4.
*En ſubito fulget nova lux,* Chriſtiq; *coruſcat* 9.G.4.
*Vultus, & ardentẽ jactat ſub nubila lucem.* 7.
*Os humeróſque auro ſimilis; quin ipſa decora* 1.
*Cæſaries ſplendet* Phœbææ *lampadis inſtar,* 1.3.
*Et candore nivis anteibat lactea veſtis.* 12.
*Candidius cygnis, hedera formoſius alba* Ec. 7.
*Corpus erat, latos oculis afflarat honores:* A. 1.
*Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo* 1.
*Argentum, Pariusve lapis circundatur auro.* 1.
*Sed ſocii ad* Chriſtum *tendunt, dum lumina,* Moyſen 2.
Heliam*que vident indutos veſtibus albis.* 5.G.4.
*Multa inter ſeſe vario ſermone ſerebant;* 6.
*Tum* Petrus *tales rumpebat pectore voces:* 5.
*Hic tria condamus niveis tentoria velis;* 2.1.
*Montibus his liceat pariter conſidere tecum;* 1.
*Hic equidem toto tecum conſumerer ævo;* Ec.10.
*Vix ea fatus erat* Petrus, *cùm lucida nubes* 3.
*Circumfuſa micans, late loca lumine veſtit* 1.6.
*Purpureo, & talis vox reddita fertur ad aures:* 6.
*Filius hic meus eſt, mea magna & ſola voluptas:* 9.
*Hujus dicta igitur duras demittite in aures.* 4.
*At trepidos comites ſævus circumſtetit horror;* 2.
*Labuntur viſu in medio, calor oſſa reliquit;* 3.
*Sed* Chriſtus *miſerãs, de terrâ ſublevat ipſos,* 5.
*Atque animos tollit dictis, &* pectora mulcet. 10.1.

... ; Cuntoque dehin
*fatur :*

*Ecce meum natum, quem ſpiritus imp*
*Corripit, & miſero morbo depaſcitur a*
*Inq; undas ignemq; jacit; tũ territus i*
*Æſtuat, & miſtũ ſpumis vomit ore cru*
*Clamores ſimul horrendos ad ſidera toll*
*Hortabar ſocios miſero ſuccurrere nato,*
*Sed fruſtra, nã illis non tanta potentia,*
*Supplicibus votis oro miſerere laborum*
*Tantorũ, miſerere animi non digna fe*
*Tum graviter dictis, ſocios caſtigat* Ieſu
*Patrem ad ſe natumque vocans, ſimul*
*pat ipſum*
Tartareum *monſtrum pueroque excedere*
*At ſubita trepidat formidine ſpiritus, i*
*Digrediens, celerique fuga ſub tartara*
*Pallantes umbr...*

*quem primo captabis guttura pande* G.3.A.6
*ntum invenies, hoc pro* Me, Te*que re-*
*pendas.* 4.1.
*:rat; ille* Dei *magni parere parabat* 4.
*rio, graditurque volens ad littora nota.* 4.1.
*ehitur portu, demittit in æquora lina;* 3.G.1.
*genus æquoreum* Nerei *per maxima ſta-*
*gna* (*undas*; G.3.A.10
*ıantes ſcindunt fluctus, luduntque per* 10.5.
*multa inſilvis avium ſe millia condūt* G.8.
*r ubi, aut* Hybernus *agit de montibus*
*imber.* (*bem,* G.4.
*ıque ſecant æſtum clari Delphines in or-* 8.
*ı de media nitidum caput extulit unda* G.4.
*:mea convolvens ſublato pectore terga,* G.3.
*:ntesque oculos intorquens lumine glauco* G.4.
:trum, *fauces argento pandit onuſtas.* 6.1.
*ipit oblatum theſaurum è gutture piſcis* 6.1.
ıs, *& hoc pretio* Chriſtum *ſemetque rede-*
*mit:* 9.6.
*ui theſauros vitrea* Neptunus *ab aula* G.4.A.1
*it, & occultis opibus gens ſquamea ditat;* 1.G.2.
*aurum argentumve peto, non uberis agri* 1.G.2.
*ıentum, quo me redimam de carcere læthi;* G.2.1.
*lat opes alius, defeſſoque incubet auro,* G.2.
*citent alii remis freta cæca, ruantque* G.2.
*rrum, penetrent aulas, & limina regum;* G.2.
*vetat excidiis urbes, miſeroſque penates,* G.2.
*emma bibat, & Sarranno dormiat oſtro:* G.2.
*Ego cui nulla eſt foribus domus alta ſu-*
*perbis* A.1.G.2

*Si te* Chriſte *habeam, ſi non comes ire re.*
*Dum vivo, vitamq; extrema per omnia*
*Si me, cùm rapiet aura inclementia m*
*Accipies, cæliqne vias, & ſidera monſ*
*Non varios inhians pulchra teſtudine p*
*Ambibo faſces populi; perituraque regn*
*Sed ſpernam mundique minas, faſti*
*ſuperbum*
*Atque metus omnes, & inexorabile fat.*
*Subjiciam pedibus, ſtrepitumque* Ache
*avari.*
*Tu ſecura quies, Tu neſcia fallere vita,*
*Tu quoque dives opus variarum; & ſa*
*nis una*
*Gutta valet, plusquam* Medi *ditiſſima*
*Et pulcher* Ganges, *atque auro turbidus*
imus.

*Inſequitur nimbus lapidum, furor arma mi-*
*niſtrat,* 7.1.
*Vrbs concuſſa fremit, variusq; per ora cucurrit* 4.11.
Scribarū *turbata tremor; ceu ſaxa morantur* 11.
*Cum rapidis amnes clauſo fit gurgite mur-*
*mur,* 11.
*Vicinæque fremunt ripæ crepitantibus undis.* 11.
*At* Deus *obſcuro* Chriſtum *tunc aëre ſepſit,* 1.
*Et multo circum nebularum fudit amictu;* 1.
*Cernere ne quis Eum, neu quis cōtingere poſſit.* 1.
*Aufert ſe ſeptus nebulis (mirabile dictu)* 1.
*Per medios, miſcetq; viris, neq; cernitur ulli.* 1.
Judæi *amentes currunt per ſtrata viarum,* 4.1.
*Huc atque huc acies circum omnia tecta fe-*
*rentes* 12.
*Veſtigantque virum fruſtra caligine tectum:* 12.
*Nigra velut magnas* Domini *cum divitis*
*ædes* 12.
*Pervolat, & pennis alta atria luſtrat hirundo* 12.
*Pabula parva legens, nidisque loquacibus*
*eſcas (cum* 12.
*Et nunc porticibus vacuis, nunc humida cir-* 12.
*Stagna ſonat ſimilis mediam veſana per or-*
*bem (curſu.* 12.
*Turba fremit, rapidoque volans obit omnia* 12.
O *cæci* Abramidæ! *quæ vos dementia cæpit?* 6.Ec.
*Quo ruitis miſeri? quæ mentem inſania mu-*
*tat?* 10.4.2.
*Voſne illum ſaxis premitis, qui ſaxea corda* 8.9.
*Cum gemitu de nube cava ſpeculatur ami-*
*ctus?*

*Tantane vos generis tenuit fiducia v*
*Heu quam ſopitos deludunt ſomnia ſe*
*Remigio hoc agere eſt adverſo flumin*
*Quem prono in præceps ſpumans rap*
*amne,*
*Irritus eſt omnis conatus, & irrita*
*Saxa volāt, vacuas vos cæditis ictibu*
*Ac veluti in ſomnis oculos ubi langui*
*Nocte quies, nequicquam avidos ex*
*curſus*
*Velle videmur, & in mediis conatibu*
*Succidimus: non lingua valet, non*
*nota*
*Sufficiunt vires, nec vox, nec verba ſeq*
*Sic vobis quacunque via tentatis* Ieſui
*Opprimere, & curſum Regni tarda*
*tum,* *(p*

Dumque iter accelerans carpit; mœſtiſſima
Martha (vultum 6.2.
Multa gemens largoque humectans flumine G.4.
Occurrit, talesque effundit pectore queſtus: 6.4.
Chriſte Deus credo quod Te demiſit Olympo 4.
Rex ſuperum, cœlum ac terras qui Numine
torquet 4.
Vt genus humanum miſerans in rebus egenis 1.6.
Conſilio, auxilioque juves, non luce careret 1.G.4.
Si tua ſenſiſſet præſentia numina frater. G.1.
Nunc jacet exanimis, placidaque in morte
quieſcit, (bra 6.9.
Quarta hac jam lux eſt, ex qua pallētia mem- 3.10.
Condidimus terra, patriaq; incluſimus urna, 5.9.
Jam ſcio te precibus genitorem flectere poſſe; 5.
Explora, quodcunque petis dabit Ille petenti. 1.Ec.1.
Talibus orabat, talesque miſerrima fletus 4.
Dat Martha; at Chriſtus dictis ſolatur amicis 5.
Olli ſic breviter reſpondens: 6.
Cur tam ſollicita es, curisque ingentibus agra 7.1.
Effundis lachrymas? facilis deſcēſus averni, 3.6.
Noctes atque dies patet atri janua ditis; 6.
Sed revocare gradum ſuperasque evadere ad
auras (ab umbris 6.
Hoc opus hic labor eſt: faciam tamen optima 6.7.
Germanum infernis ad lumina ſurgere vita 7.
Qui claro duxiſſe genus me credit Olympo, 4.6.
Progeniemq; Patris magni qui ſidera mundi 4.9.
Æternis regit imperiis licet alma receſſit 1.3.
Lux oculis, quamvis hunc ſomnus ferreus
urget, 3.10

*Sed viv...*
*Hæc ubi dicta dedit, m...*
*Ad tumulum, magna, medius, cum...*
*terva.*
*Hic* Mariam *fleviſſe videns, turbamque do-*
*lentem.*
*Suſtulit ad cælos ardentia lumina* Chriſtus
*Dans gemitum ingentem, lachrymiſque i...*
*(ced*
*fatur obortis*
*Sancte parens noſtri nunquam tibi cura...*
*Propterea grates dignas tibi ſolvo quod a...*
*Cùm te voce voco, & ſupplex tua nu...*
*poſco;*
*Nunc Pater auxilium, nobis ne ſubtrah...*
*In dubiis adſis: audacibus annue cœpt...*
*Sic fatur lachrymãs, corpuſq; exangui...*
*Evocat ex tumulo: corpus (mirabile...*
*Vox* Chriſti *ut primum* Lazari *pert...*
*... rurſ...*

*Tendentemque manus,* Chriſtumque *in vota vocantem.* 1. 5.
*Extemplo* Judæ *magnas it fama per urbes:* 4.
*Fama malum quo non aliud velocius ullum* 4.
*Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.* 4.
*Parvâ metu primo mox ſeſe attollit in auras,* 4.
*Ingrediturq; ſolo, & caput inter nubila cōdit.* 4.
*Illam Orci rector dirarum à ſede ſororum* 6. 7.
*Emiſit pedibus celerem, & pernicibus alis:* 4.
*Monſtrum horrendum ingens, cui quot ſunt corpore plumæ,* 4.
*Tot vigiles oculi ſubter, mirabile dictu.* 4.
*Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures* 4.
*Nocte volat Cœli medio: terraque per um-(bram* 4.
*Stridens, nec dulci declinat lumina ſomno.* 4.
*Luce ſedet cuſtos, aut ſummi culmine tecti,* 4.
*Turribus aut altis, & magnas territat urbes;* 4.
*Tam ficti pravique tenax, quam nuncia veri.* 4.
*Hæc tum multiplici populos ſermone replebat* 4.
*Gaudens, & pariter facta, atque infecta canebat:* 4.
*Veniſſe hunc* Chriſtum *regali à ſanguine cre-(tum,* 4.
*Qui* Iudæ *terras omni ditione teneret,* 1.
*Qui populo dat jura, viamq; affectat Olympo* G. 4.
*Dum docet ignavum vulgus: quin credula corda* A. 4.
*Ludit imaginibus falſis nova pectore verſat* 1.
*Conſilia, ut poſsit* Jacobi *evertere gentem* 3.
*Hæc paſsim Dea fœda virum diffundit in ora.*

*Et quaſſans caput, hæc effudit pectore ...*
*Quandoquidem hunc* Chriſtum *ſequitu...*
*ſerabile vulgus,*
*Et ſuper æthereas errare licentiùs auras*
*Si ſinimus; nobis, noſtriſque nepotibus ...*
*Exitium magnũ immittet* Romana *pro...*
*Nos patria omiſſa, dominis parere ſuper...*
*Cogemur, qui nunc lentè conſedimus ar...*
*Cõſulite in medium, & rebus ſuccurrit...*
*Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus om...*
*Impius hæc tam culta novalia miles hab...*
*Barbarus has urbes? en quo diſcordia c...*
*Perduxit miſeros! heu quanta inſania ...*
ſtum
*Poſthabitis nobis, animis opibusque ju...*
*Accipite ergo animis, atque hæc mea ...*
*dicta,*
*... ſunt nobis fort...*

'dducant pœnas, ſed non ſine ſanguine pendet; 6. 2.
num pro multis dabitur caput. 5.
alibus orabat Caiphas, cunctique fremebant 10.
ıdæi aſſenſu vario: ceu flamina prima 10.
um deprenſa fremunt ſilvis, & cæca volutāt 10.
[urmura, venturos nautis prodentia ventos. 10.
oſtquam dixiſſet, ſolio tum protinus aureo 7. 10.
urgit Saracidæ medium quem ad limina ducunt. 10.
t quia ſumma dies & ineluctabile tempus 2.
hriſti nondum aderat; conantur plurima fruſtra 8. 9.
ıdæi in Dominū, qui fraude & viribus illū 4. 6.
inc inde oppugnant, atque irrita jurgia jactant, (quat: 5. 10.
'e quid inexpertum fruſtra gens ſæva relin- 4.
c. veluti celſam oppugnat qui molibus urbem 5.
ut montana ſedet circum caſtella ſub armis, 5.
unc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat 5.
rte locum, & variis aſſultibus irritus urget: 5.
aud ſecus Abramidæ modò vi, modò fraude petebant, (tus ille, 3. 4.
ec quidquam Dominum, manet imperterri- 2. 10.
ſicut Pelagi rupes immota reſiſtit; 7.
Pelagi rupes magno veniente fragore 7.
ua ſeſe multis circum latrantibus undis 7.
ole tenet: ſcopuli nequidquam & ſpumea circum 7.
xa fremunt, laterique illiſa refunditur alga: 7.

*Declarat, natura in* Chriſto *agnoſcimu*
*nes*
*Defectus ſine defectu, ſine crimine crim*
*Hinc cupiens, metuensque dolens, gau*
*que fatetur*
*Se carnem ex noſtra, & noſtris ex oſsibu*
*Hinc ſedet ad puteum, dulcesque ex fon*
*undas*
*Faucibus expectat ſiccis, fons ipſe perenni*
*Et qui credenti latices de ventre fluentes*
*Puraque perpetuis promittit flumina lym*
*Sic inter rupes deſertas, vertere morſus*
*Exiguam in* Cererem *penuria adegit ede*
*Ille homines pecudesque tamen turbasqu*
*lantum,* *(po*
*Et qua marmorea fert monſtra ſub aq*
Neptuni *armenta, & turpes ſub gurgite* l

*iſtinet, ille tamen defeſſus ſæpe reſedit.* 7. 8.
*ui vultu cælum tempeſtateſque ſerenat,* 1.
*ępe dolens gemuit, curiſque ingentibus æger* 5. 1.
*ępe ſinū lachrymis atq; ora rigabat amaris.* 4. 6.
*ui toties nutu totum tremefecit* Olympum 10.
*ſe metu tremuit velatus imagine noſtra.* 6. 8.
*Tu ! qui noſtro doluiſti ſæpe dolore,* 1.
*ui lachrymis maduere genæ, qui pectore ab imo* 5. 1.
*gentes genitus pro nobis ſæpe dediſti :* 2. 11.
*unc fontes reclude meos oculorū, & acerbo* G. 2. A. 6
*ncute cor luctu, dolor ardeat oſſibus imis,* 7. 5.
*umpantur triſtes lachrymarum fontibus amnes ;* (*lymphis* G. 3.
Te *nocte dieque fleam, ut tua vulnera* 6. 4.
*bluam, & amplectens foveam* Te *pectore ; namque* 4. 9.
*neris heu tibi cauſa fui ; mea culpa laborū* 6. 4.
*ntorum caput eſt, quæ tantam ſanguinis undam* 2. 10.
*fudit, quæ me miſerū, & te perdidit, eheu !* 10. G. 4.
Te *non flerem, vel ſaxis durior eſſem,* G. 4. A. 4
*orridior ruſco, projecta vilior alga,* Ec. 7.
*am* Chriſtum *extinctum crudeli funere Templi* Ec. 5.
*lamen flevit, flevit Sol aureus orbe* 1. G. 1.
*oſpiciens medio, cæloque invectus aperto* 1.
*orret & attonitus pronis dat lora quadrigis.* G. 3. 1.
*um caput auricomum nigro velavit amictu* 6. 8.
*octem hyememq; ferens, & inhorruit æthra tenebris.* 5. 3.

*Impiaque æternam timuerunt ſacu*
*Non ego te flerem? quem tot radici*
*Concuſſa rupes fleverunt, ipſaque*
*Dum tremefacta ſolo tumulos reſe*
*tes,*
*Ipſaque* Judææ *fleverunt ſaxa ſu*
*Quin Manes imis ulularunt ſedi*
*Atque umbræ tenues ſimulacbra*
*rentum.*
Chriſte *tuum furias etiam inge*
*Interitum* , Auſoniique *ſimul*
*quuntur.*
*Sed quo nos flendo defleximus?*
*E calle abduxit; nec mirum, lu*
*Caligant. lacbrymis nigreſcunt*
*Sed jam tempus equũ fumanti*
*Et revocare gradum.*

*Eſt deſerta ſiti regio ſubmota receſſu ;* 4. 1.
*Hinc atq; hinc vaſtæ rupes, variiq; minantur* 1.
*In cælũ ſcopuli, atq; horrent immania luſtra.* 1.
*Haud procul hinc villa eſt* Ephrem *cognomine dicta,* 3. 3.
*Ad quam conſcendit* Chriſtus, *ſociiq; ſequuntur.* 5. 1.
*Hic latuit quem nil latuit ; non intima Ditis* 1. G. 4.
*Regna , nec occultis* Neptunia *mõnſtra latebris.* 3. 8.
*Quicquid in immenſa Oceanus complectitur alvo,* 7. G. 4.
*Quicquid & in cæco gremio telluris opertum eſt,* 8. 6.
*Hoc oculis patet omne ſuis, quin pectoris aula* 6. 4.
*Et cordis domus intus, & atria cæca patéſcũt.* 2.
*Verte omnes tete in facies , & contrahe quicquid* 12.
*Sive animis , ſive arte vales : opta ardua pennis* 12.
*Aſtra ſequi, clauſumq; cava te condere terra,* 12.
*Non tamen effugies oculos* Chriſti *omnipotentes ;* 3. 10.
*Cui nihil occultum eſt, novit namque omnia ſolus* 3. G. 4.
*Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.* G. 4.
*Scit ſolus Lunam errantem, Soliſque labores:* 1.
*Vnde hominum genus & pecudum, unde imber & ignes* 1.
*Arcturum, pluviaſque hyadas, genioſq; triones.* 1.
*Quid tantũ Oceano properent ſe tingere Soles* 1.
Hyberni, *vel quæ tardis mora noctibus obſtet ;* 1.
*Vnde tremor terris , quâ vi maria alta tumeſcant* G. 4

*Terrenique hebitant artus , [illegible]*
*membra*
*Caligatque acies mentis, quin inſuper*
*Omnibus, hoc vita breve & irreparabi*
*pus.*
*Ergo mihi liceat tecum, Chariſſime* Ch
*Vivere, & inſanos hominũ vitare tum*
*Tu degis thalami expertẽ ſine crimine*
*Tu ſylvas habitas horrendaq; rupibus*
*Poſthabitis aulis Regum portisque ſup*
*Vrbium, ubi perpetuus cives amor ur*
*bendi.*
*O tantum liceat tecum mihi ſordida*
*Atque humiles habitare caſas, & lu*
*rarum.*
*Limina non Regũ, aut Romana pal*
*Æquata, aut Pario ſplendẽtes marmo*
[illegible]

*re, & ruris duros perferre labores;* 1. 6.
*ı ſine te ſceptra accipere, aut attollere faces.* 7.
*te nec populi faſces, nec purpura Regum* G. 2.
*, cùm voluit rerũ committere habenas* G.2.A.6
*imi aſſenſu populus; fugiſti, & in altis* 4.10.
*re optaſti potiùs vel montibus annos.* 6. 11.
*bus infidos nunquam diſcordia cives* G. 2.
*tat, non bella fremunt, non ferrea jura,* G.2.A.4
*umve forũ, aut populi tabularia cernis.* G. 2.
*cura tamen denſis teris otia lucis* G.3.A.4
*fera, quamvis inter deſerta ferarum* 4. 3.
*ı habites; nõ tu muſam meditaris avena* 3.Ec.1.
*ſtrem tenui, viridi projectus in antro,* Ec. 1.
*herbas patula recubãs ſub tegmine fagi.* G.3.E.1
*ſi fontes, & ſomno mollior herba,* Ec. 7.
*a nos rara viridis tegit arbutus umbra,* Ec. 7.
*e pertentant vanâ dulcedine latum;* 1. G. 1.
*arios triſti media inter talia curas* 8. 4.
*e jactabas, premis altum corde dolorem.* 1. 1.
*genus indocile, & diſperſos rure colonos* 8. 1.
*onis, legesque doces, præceptaque patris* 8. 1.
*is, nec non totâ regione vagaris* 3. 6.
*te medicans mortalibus inter eundum.* 12.Ec.5
*on pæonis herbis aut frugibus ullis* 7. 6.
*ales revocas medicatis morte ſub ægra;* 7. G. 3.
*itas artes noſtri novere magiſtri* G. 3.
irides, Chiron, Amythaonius*que* Melampus. G 3.
*mo potuit languenti corpore morbos* 6. 3.
*, vel verbo te præter pellere; quippe* 2. 3.

*Circumſtant animæ dextra lævaq*

*Sed liquidum* Maria *ambroſia di*

*rem,*

*Quo ſacrum* Chriſti *frontem perdu*

*Dulcis compoſitis ſpiravit crinibu*

*Ambroſiique pedes perfuſo rore m*

*Spiravere; ira* Iudas *concuſſus a*

*Æſtuat, &* Mariam *dictis caſtig*

*At* Chriſtus *quanquam* Judæ *le*

*Conatur dictis, & ſævam flecter*

*Quem nec longa dies, pietas nec*

*Nec* Chriſti *voces ullas tractabil*

*Ille tamen ſævos oculos averſus b*

*Nec magis incapto vultum ſerm*

*Quam ſi dura ſilix, aut ſtet* Mo

*Sed trepida & captis immanibi*

*eſt.*

*At primum ut celſa faſtigia ſuſpicit urbis* 1.
Chriſtus, *& adverſas adſpectat deſuper ar-*
*ces,* *(tur obortis,* 1.
*Dat gemitum ingentem, lachrymisque ita fa-* 11.
*O fortunatam nimium tua ſi bona noſces* G. 2.
Jeruſalem! *tu quæ mactas crudeliter omnes* 1. 6.
*Enſe Oratores quos ad te mittimus, eheu!* 7. E. 7.
*Cur mea dicta negas duras demittere in au-*
*res?* *(cet?* 4.
*Quo ruis? aut quis te noſtris amplexibus ar-* 4. 5.
*Te propter lachrymas fundo; Te propter ean-*
*dem* 4. 3.
*Volvere tot caſus volui, tot adire labores;* 1.
*Tu tamen intentas mortem mihi peſſima,*
*quamvis* 1. Ec. 3.
*Te veniente die, Te diſcedente docebam.* G. 4.
*Heu* Solyma, Solyma! *quæ te dementia cœpit?* Ec. 2.
*Nec Te noſter amor, nec Te mea verba mo-*
*vebunt?* 4.
*Nil noſtri miſerere? mori me denique cogis?* Ec. 2.
*En quia nec precibus noſtris lachrymisve mo-*
*veris* 4.
*Inſtat ſumma dies, & ineluctabile tempus* 2.
*Quo templum hoc immane, ingens, à culmine*
*celſo* 1. 2.
*Corruet, & victa dominabitur hoſtis in urbe.* 2.
*Præter disjectas moles, avulſaque ſaxis* 2.
*Saxa nihil cernes, & miſtū pulvere fumum;* 2.
*Romanus muros, totamque à ſedibus urbem* 2.
*Eruet; heu quāta ſtrages, quot funera paſſim?* 9.
*Millia multa virûm morientia* corpora, nec nō 11.

*requiro,*
*Deo pater, & pacem hanc at*
*Fac ut nulla dies violet, nec fa*
*Quæ rescunque cadent; nec*
*lentem*
*Avertat, non ſi tellurem effun*
*Diluvio miſcens, cælumve in*
*Non vanos ſtrepitus bellorū ho*
*Præſentem quamvis intentent*
*Sed ſecurus agam per aperta p*
*Jamque iter emenſus T*
Syonis
*Ardua prendebat* Chriſtus, *m*
*Cùm ſubito turba deciſis undiq*
*Palmarum occurrunt, vocesqu*
*ctant.*
*Exuviisque vias ſternunt, pal*

*Mox* Phariſæorum *furiis exarſerat atro* 8.
*Felle dolor, ſævaque infrendunt dentibus ira.* 8. 1.
*At* Chriſtus *Templum aſcendens, factoque*
*flagello* 1. 5.
*Mutantes merces ejecit, & increpat ultro.* E. 4. 10.
*Dumque fame premitur pingui conſpexit*
*in arvo* 6. Ec. 3
*Pandentem ramos annoſaque brachia ficum,* 6.
*Sed nulla in tota pendebant arbore poma;* Ec. 1.
*Quod nondũ* Eoæ * Atlantides *abſcondantur.* G. 1.
*Propterea dictis hanc execratur acerbis,* 3. 5.
*Atq; nova poſthac vetuit ne fronde vireſcat:* G. 2. A. 6
*Neu trudat gemmas, neu flores explicet ullos.* G. 2.
*Ad dictum hoc imis radicibus aruit arbor,* 8. G. 3.
*Lapſa cadunt folia, & genitalis deficit hu-*
*mor.* 6. G. 2.
*Non tenues pluvia, rapidive potentia* Solis G. 1.
*Acrior, aut* Boreæ *penetrabile frigus adurit,* G. 1.
*Vſque adeo tua quam divino ex ore loquela* 3. 5.
Chriſte Deus, *ſolum quem agnoſcit maximus*
*orbis* 6. G. 1.
*Authorem frugum tempeſtatumq; potentem.* G. 1.
*Hei mihi qualis ager cordis, quam ſentibus*
*horret.* 4. 2. 4.
*Nulla in flore novo pomis ſe fertilis arbos* G. 4.
*Induit, aut ſiqua* Autumnus *matura mini-*
*ſtrat,* G. 4.
*Omnia degenerant ſuccos oblita priores.* G. 2.

* Nondum *Autumnus* venerat, quo tempore *Vergiliæ* in *Tauro* exſtentes, quæ & *Pleiades* dictæ ſunt; occidunt Coſmice ſecundum *Virgilium*; oriuntur Chronice, ſecundum Ovidium.

*Nunquam fronde levi fundens virgul*
*umbras.*
*O tu qui ferro mortales vertere terram*
*Inſtituis, quando glandes atque arbu*
*Deſtituunt ſylva; nunc ſulcis ſemina*
*Debita committas, atque ab radicibus*
*Evellas lolium; ſanctusque tepentibus*
*Spiritus omne mei foveat jam pectoris*
*Inſuper & lato deſcendat plurimus im*
*Sic fœcundus ero, ſic pomis utilis arbos.*
*At* Phariſæorum *gens implacabilis arde*
*Irarum ingentem volvens ſub pectore mo*
*Fluctus uti primo cœpit cum albeſcere ve*
*Paulatim ſeſe tollit mare, & altius und*
*Erigit, inde imo conſurgit ad æthera fun*
*Mille dolos ſecum flammato corde voluta*
*Si poſſunt* Chriſtum *quocunq; abſumere*

*At Pater omnipotens dum cœlo clarus ab alto* 7.
*Intonuit, radiisque ardentem lucis & auro* 7.
*Ipſe manu quatiens oſtendit ab æthere nubē,* 7.
*En nube ex media vox reddita fertur ad au-*
*res:* 1.6.
*Semper honoratum te habui, ſic ſemper habebo.* 5.
*Obſtupuere animis alii, ſed maximus heros* 8.6,
*Agnovit ſonitū, & magni promiſſa parentis;* 8.
*Tum memorat: veſtri cauſa fragor intonat ille* 8.
*Quem caſum portenta ferunt ſi quæritis, orbis* 8.1.
*Turbidus ejicitur Princeps, ego poſcor Olympo.* 10.8.
Jamq; *dies aderat qua gens* Judæa *ſolebat* 2.Ec.7
*Agni mactati conſpergere ſanguine poſtes;* 1.3.2.
*Non ex more dapes, non hæc ſolennia tanta* 8.
*Vana ſuperſtitio, verique ignara* Jehovæ 8.
*Impoſuit; ſævis gens hæc ſervata periclis,* 8.
*Dum necat* Ægypti *primævos Spiritus ales* 10.5.1
*Annua vota facit, meritosq; novabat honores.* 5.8.
Chriſtus Bethania *ſocios præmiſit in urbem* 1.
*Tecta parare jubens, tenerumque ab ovilibus*
*agnum.* 1.Ec.1.
*Illi continuo volitant ac juſſa capeſſunt.* 7.1.
*Principio pinguem tædis, & robore ſecto* 6.
*Ingentē ſtruxere pyram, cum viſcera torrent;* 6.1.
*Inſternunt menſam,* Cererem Bacchum*que*
*miniſtrant;* 3.8.
*Agnum in fruſta ſecant;* Chriſtus *mæſtique*
*ſodales* (*ris.* 1.10.
*Circumſtant, agno ac herbis veſcuntur ama-* 6.E.10
*Poſtquam exempta fames; & amor compreſ-*
*ſus edendi* 8.

*Sed ſine Me nec floret ager, nec parturit a*
*Nec ſine Me, plenus ſpumat vindemia lal*
*Illa ferax plãta eſt, qua noſtro inoleſcere*
*Edocta, & vitis trudit de cortice gemma*
*At frondes lapſa ſarmentaq; tonſa crema*
*Non voco vos famulos ſed amicos, nai*
*miniſtri*
*Ignorant domini qua ſtet ſententia ment*
*Omnia ſed vobis patefeci arcana parent*
*Vobis Rex Stygius cæleſtes invidet arces*
*Hinc furit, & totũ contra vos concitat o*
*Bella ciet, patriaque vetat conſiſtere ter*
*Atque indignatur, vos extera quarere r*
*Vos anima mundo viles ignotaque turb*
*Quid mirũ eſt odiis & crimine ſemper*
*Si vos exagitet, ſi veſtras vertere funa*
*Res ſtudeat, ſi morte & vulnere crimen*

*Præcipitant curæ, turbataque funere mens eſt,* 11.
*Quod ſemper veriti fuimus nunc inſtat agendum;* (*tho,* Ec. 9.
*Quidam ex hoc numero ſtatuit me tradere le-* 5. 11.
*Qui mecum violat malis audacibus orbem* 7.
*Fatalis cruſti, me cadit calcibus ille.* 7.10.
*Accipere hanc animã, Meq; his exolvere curis* 4.
*Permitto, ſed tempus erit quum optaverit emptum* (*diemque* 1. 10.
*Me magno intactum, & quando ſcelera iſta* 10.
*Oderit, interea ſpoliari lumine corpus* 10.11.
*Non vereor, ſed multa petam per vulnera mortem.* (*pertigi,* 4. 9.
*Vixi, & quem dederas curſum pater alme* 4.
*Et nunc magna mei ſub terras ibit imago;* 4.
*Non tamen uſquam abero, neque vos in morte relinquam,* 5. 6.
*Sed cùm frigida mors anima ſeduxerit artus,* 4.
*Omnibus ecce locis adero; deponite curas.* 4. E. 3.
*Talia voce refert; curiſque ingentibus æger* 1.
*Solatur ſocios; premit alto corde dolorem.* 1.
*Obſtupuere omnes pallor ſimul occupat ora.* 3. 4.
*Flet* Maria, *haud animo necquicquam exterrita mater* 8.
Abramidumq; *minis, & ſævo mota tumultu;* 8.
*Multa inter ſeſe vario ſermone ſerebant* 6.
*Quem ſocium incuſet* Chriſtus, *tunc maximus heros* 6. 5.
*Increpitans,* Judæ *fatalem porrigit offam;* 1. 6.
*Corripit ille fame rabida fera guttura pandẽs.* 6.
*Hinc* Judę *furiis mens efféra, nequid inauſum* 8.

*Quæ mortis monumēta ſua partitur*
*Vt longum hominibus* Chriſti *teſte*
*rem ;*
*Et variis dictis mærentia pectora n*
*Multaque præterea Vatum prædict*
*Divino ex ore evolvit, reſeratque f*
*Inceditque animos flatus venient*
*Exin cuncta viris memorat quæ*
*renda,*
*Et quo quemque modo fugiantque,*

---

# CHRISTI

## LIBER X

*Argumentum.*

dem permiſit ſe capi & vinciri: At *Petrus* ira impatiens, in medium agmen irruit, & *Malchi* aurem amputat, quam *Chriſtus* objurgato *Petro* ſanavit: Inde in *Caiphæ* ædem deducitur, ubi ſe *Dei Filium* fatetur; *Caiphas* veſtes abſcidit, *Chriſtum*que blaſphemiæ damnavit, qui ibidem multa indigna paſſus eſt; *Petrus* verò *Dominum*, ut ipſe prædixit, ter negavit; ſed audito Galli cantu, acerbe flevit: Iterum *Chriſtus* in Concilio Divinam generationem ſuam ſaſſus, morti addicitur. *Judas* interea conſcientiæ ſtimulis percitus, reddita pecunia, laqueo vitam finivit. Ad *Pilatum Chriſtus* deducitur, & ſe Regem fatetur, ſed cœleſtem. Ad *Herodem* mittitur, & irriſus, vaſtique alba indutus, ad *Pilatum* remittitur; qui in illo nullam mortis cauſam repperiens, flagellandum tradidit; moxque importunitate *Judæorum* victus, crucifigendum. Uxore inſomniis territâ, fruſtra diſſuadente, multa indigna & acerba paſſus fuit, antequam cruci affixus: Dum crucem humeris geſtat, & ad montem *Calvariæ* ducitur, mulieres lachrymantes reprehendit, & *Judæorum* excidium prædicit. *Virgo mater* infando inſontis nati ſupplicio, acerbiſſime cruciatur; Crux, ſub cujus pondere, *Chriſtus* deficere incepit, humeris cujuſdam *Simonis* imponitur. Hic multæ meditationes piæ intertextæ ſunt.

*INterea Genitor potum miſcebat amarum, (tere ab aſtris*
*Lethalemq; parat calicẽ dimit-* 12.
*Ad patum, ut meritã pro nobis hauriat iram.* 4.
*Nimborũ in patria fumantibus ardua muris* 1. 8.
*Eſt domus, horrificis furit intus flamma caminis;* 8. 8.
*Qua quoties turris perrumpit cærula clauſtra* 1. 9.
*Cum tonitru horrendo fremit indignata per auras.* 4. 4.

*Fulmen erat, ſed adhuc pars imper*
*nebat ;*
*Tres imbris torti radios, tres nubis a*
*Addiderant rutili tres ignis, & ali*
*Fulgores nunc terrificos ſonitumque*
*Miſcebant operi, flammisque ſequac*
*Huc nunc Ignipotens cælo deſcendit*
*Tollite cuncta inquit; captosq; aufe*
*Alati juvenes, & huc advertite m*
*Deſine jam* Brontes, Steropesqu
Pyracmon ;
*Nam nato facienda meo eſt cratera*
*Reddite Lunæ latices, quam rite p*
*Illam pro miſeris mortalibus hauri*
*Præcipitate moras, totis nunc virib*
*Nunc manibus rapidis, omni nun*
*giſtra ,*

*'ixerat, illi autem imperio parere parantes* 4.
*cyus incubuere omnes, pariterque laborem* 8.
*rtiti fluit æs rivis aurique metallum;* 8.
*rachia dum tollunt, crebris gemit ictibus*
*æther,* *(gunt* 8.5.
*t chalybum ſtructura micat: ſtridentia tin-* 8.8.
*ra lacu, verſantque tenaci forcipe maſſam.* 8.
*ëris accipiunt, & reddunt follibus auras.* 8.
*c pateră ingentĕ formant qua ſola liquorem* 8.
*ontineat divina ira, & lethalia vina.*
*iſt opus exactum immenſum Pater ipſe po-*
*poſcit,* 1.
*pplevitque mero pateram, tunc eligit, unum* 1.5.
*e omni aligerum cœtu cui talia mandat:* 5.4.
*ade age ſerve, voca* Zephyros *& labere pen-*
*nis,* 4.
*natŭ cui fila legunt extrema ſorores (ras.* 10.
*lloquere, & celeres defer mea dicta per au-* 4.
*e trepidet letho crudeli occumbere, neve* 9.2.
*aurire hoc vinū medicatū, namque ſoporem* 1.6.2.
*ducit membris, ſed mentem ad ſidera tollit,* 1.
*e quidĕ proprio reſperſam ſanguine primus*
*auriet hanc pateră, & pleno ſe proluet auro,* 1.
*iſt alii proceres, tantum guſtare valebunt* 1.
*e tenus, ſed ne metuant contingere namque* 1.6.
nbroſiæ *ſucco ſricui cratera ſalubri.* 12.
*ic quicumque merum ſummo libaverit ore,* 1.
*ortalem amittet formam, pedibusque ty-*
*rannos* 9.
*ocalcabit ovans, avumq; agitabit in aſtris.* 2.2.10.
*ixit, & ingenti ſonuerunt omnia plauſu*

Exit, & obducto late tenet ...
Pingit humũ violis, aliiſq; virentibus
Illuc ſe recipit Chriſtus jam triſtis ab ...
Et famuli exanimes greſſum comitant...
lem.
Primus Adam errando, cælum præc...
Alter Adam orando, cælum recluſit in...
Hic gemit, & duplices tendens ad ſid...
mas,
Talia voce refert: Genitor ſanctiſſim...
Eripe me letho, ſi fert ita corde volunt...
Nec calicem inficias lethæo rore, ſe à ...
Tranſeat, aut ſaltem cæleſti nectare ...
Omnia namq; potes, ſed ſtet ſententia
Tu Genitor, Tibi Me eſt æquum parer...
renti
Talibus extemplo ſudor fluit undique
... manavit corpore ſa...

[redacted]



*Ne fugias calicem, licet hic ſit potus amarus*
*Atque ſoporatus, Genitor nam miſcuit ipſe* 6.5.
*Nectare, & ambroſia liquido perfudit odore.* G.4.
*Hujus vis ſumma eſt membris inferre ſtuporẽ*
*Mortis, & imbelles ſenſus auferre, ſed idem*
*Mox animum ſuper aſtra vehit, duplicatque vigorem* 5.
*Mẽtis, & hic olim revocabit corpus ab umbris.* 9.
*Macte ergo virtute tuâ, ſic itur ad Aſtra;* 8.
*Néve acrem dubites in prælia poſcere mortem* 10.6.
*Quam victor ſuperabis ovans, ſtygiumque Tyrannum.* 5.1.
*Dixerit, &* Chriſti *ſolatus pectora dictis* 9.
*In cælum rurſus paribus ſe ſuſtulit alis.* 8.
*At* Chriſtus *triſtes oculos per ſingula volvens,* 8.
*Miraturque, interq; manus & brachia verſat* 8.
*'asiferam ex auro calicẽ longeque micantem.* 8.10.
*Hic vatum gnari aligeri ſortiſque futuræ,* 1.6.
*Annales venturorum finxere laborum:*
*Namque oras circum calicis cælantur in auro* 10.1.
*Fortia* Chriſtiadum *facta, & de morte triumphi.* 1.
*Hic ſeſe in ligno pendentem agnovit* Ieſus, 1.12.
*Tendentemque manum, & Genitorem voce vocantem.* 1.
*Stant mœſta circũ matres, crinemque ſolutæ,* 2.11.
*Pectora percutiunt, oculis argentea manant* 1.8.
*Lumina, tũ* Mariam *pallentẽ morte futurâ* 8.
*Inſontis Nati, cælavit ſpiritus ales.* 8.6.
*Conſpicit haud procul hinc exciſum in rupe ſepulchrum,* 6.

*Tum* Stephanum *video medio* ...
*eantem* *(m*

*Tendentemque manus oculosque ſub aſ*
*Saxa volant aures & circum tempora;*
*Deſuper in medio diſciſſum oſtendit* Ie
*Ad dextrum Patris manifeſto in lumin*
*tem.*

*Hic jacet avulſum caput à cervice* Ja
*Sanguine ſingultans; hic cælo lapſus a*
*Angelus educit trepidantē è carcere* P
*Panduntur portæ, labuntur vincula,*
*Stat miſer attonitus, juxta eſt cala*
mascus,

*Quo* Paulus *rapidis contendit paßibus*
*Vectus equo, cui fræna nitent argentea*
*Dum ſequitur pavidos ferro flamma*
*niſtros*
... *ſimilē, ſimilemque*

*ſia namque domus patuere ingentia noctu* 6.
*onte ſua , in cœlum palmas dum tendit*
*uterque* 6. 6.
*ſunditque preces ; in ferrum janitor amens* 6. 8.
*m ruiturus erat, ni* Pauli *cura reſiſtat.* 2.
*ec inter magnas obeuntia cærula terras* 6.
*rnere erat, fluctusque albos ad ſidera tolli.* 6. 5.
*ibribus effuſis tempeſtas deſuper atra* 5.
*ngitur, & denſi cingentes æthera nimbi.* 5.
*ic puppis qua* Paulus *erat jactatus in alto* 3.
*quore, jam ſuperante ſalo rimoſa fatiſcit ;* 5. 1.
*nnes feſtinant terris advertere proram* G. 4.
*ſurgunt remis, feriunt retinacula ferro.* 3. 4.
*undem inflicta vadis dorſo dum pendet ini-*
*quo* 10.
*nceps, ſuſtentata diu, fluctusque fatigat,* 10.
*lvitur atque viros mediis exponit ab undis :* 10.
*oſtra quidem tenuere vadum ; ſed puppis*
*ab undis (tranſtra,* 10.
*angitur ; hi manibus prenſant fluitantia* 6. 10.
*agmina remorũ multi, tabulisque refractis* 10.
*nixi adnabant terræ , & jam tuta tene-*
*bant.* 6.
*ingentis Pelagi quidam ſervare receſſus* 10.
*tque videbantur brevibus ſe credere ſaltu.* 10.
*ic elata mari calatur* Gnoſſia *tellus,* 6.
*uam prætervectus radebat littora* Paulus ; 3. 3.
*edas æquatis navim procedere velis.* 4.
*uic contra* Melete *mediis apparet in undis* 3.
*ſula dives opum ſtudiisque aſperrima belli,*
*ga* Paulum *& ſocios jactatos littore egenos*

Chriſtiadumque gregem, Paulumque ex
*Supplicia, & totam rorantē ſanguine te*
*Avulſumque humeris caput, & ſine n*
*corpus.*
*Conſpicitur* Petrus *ligno reſupinus adh*
*Pro* Domino *expirans animam; quem*
*negavit.*
*Et vitam* Andræas *frater trabe finit in*
*Exhalatque animam fato* Philippus *co*
*Pellem diripiunt coſtis, & viſcera nu*
*Et tandem abſcindunt cervicē* Barthol
*Barbaricis telis* Thomas *confoſſus, in i*
*Fert greſſus, multaque premit veſtigia*
Matthæi *à tergo miles ſtat barbarus h*
*Injiciens, fixo tranſit præcordia ligno.*
*Saxorum obruitur dum tempeſtate* Ja
*Alter, & oraret paſſis in littore palm*

*ertur, ſacro liquuntur ſanguine guttæ.* 3.
*ter ſus ferventi oleo, mirabile dictu,* 3.
*t illaſus, populo ſpectante,* Johannes. 3.
*itur toto laniatus corpore* Marcus. 6.
*luntur manica palmis, & ſtupea collo* 2.2.
*ula, per terram cervixque comaque trahuntur:* 1.
*aque per duros raptantur viſcera cautes.* 2.4.
*ſſes multo rorantes ſanguine vepres.* 8.
*erò* Hypolitũ *acres in diverſa quadriga* 8.
*ulerant; rabidos* Ignatius *ante leones* 8.
*itit impavidus, ſed frendere dentibus illi,* (*tur.* 8,
*am jamq; viri diſcerpere membra viden-* 8. G.4.
*id procul hinc candens excuſa eſt ferrea crates* 6.12.
*m ſuper incumbens lento* Laurentius, *igne* 10.
*uetur, juxta juvenũ manus impia ſtabat* 6.
*iciens lateri prunas & viſcera torrens.* 1.
*d memorem* Lucam, Juſtinum, *quid* Cyprianum;
iſtophorum, Vitum, Martinum, *quidve* Nicetam; (nem;
*quid* Gregorium, Victorem, Pantaleo-
*umeroſque alios qui ſe pro laude magiſtri* 11.
*ſtarunt, ultroque animem pro Rege dederunt?* (*vortex,* G.4.
*flamma abſumunt, illos vorat æquore* 2.1.
*gladio pereunt, ſunt præda leonibus illi.* 9.
*at dira fames alios, aut turpis egeſtas.* 3.6.
*enſi ad ventos alii tolluntur inanes;* 6.

*Diſtracti pendent: virgis caduntur*
*Vidiſſes cratera artus, avulſaque m*
*Effoſſos oculos, populataque tempora r*
*Auribus, & truncas inhoneſto vulne*
*Et pice torrentes fibras, & gutture l*
*Exectas, calido fumantia viſcera plu*
*Ferrea telorum ſeges hunc tegit, * ille*
*Candentem ex ferro ſublimi in vertic*
*Ni fugeres tempus, breve & irreparab*
*pus.*

*Omnia dum capti circumvectamur an*
*Non tu carminibus* Dionyſi *indictus*
*Sancte meis, nec † Tu cum prole &*
*chara*
*Aëreus ignita torſit, quos Taurus in al*
*Ante diem clauſo componet veſper* Olym
*Quam quis pœnarũ percurrat nomina*

*perium, ſævit medio in certamine* Pluto. 8.
*uic hoſtes trepida vertunt formidine terga* 6.
*minibus totis* ; Licinius *avolat ipſe* 11. 11.
*iud mora, converſiſque fugax aufertur habenis,* 11.
Chriſtus *cæli reſidens in parte ſerenâ* 9.
*ibe ſuper nivea, ſpectansq; interritus hoſtes* 11.
*ſos per campum, proprioque in ſanguine ſeſe* 11.
*rſantis calidi revomẽtes ſanguinis undas,* 11. 5.
*ui* Chriſti *toties poti ſunt ſanguine, totque*
*illia* Chriſtiadum *crudeli morte necarunt* ; 8.
*uerum animas* Chriſto *adſtantes in veſtibus albis* *(dens*
igelus *extuderat, manibus victricibus adrentes palmas, tum crines implicat auro.*
*ec non extincta crudeli funere Nympha* Ec. 5.
*dſtant, qua vires ultra ſaxumq; caducum.* 6.
*rtes, Virgineum fuderunt ſponte cruorem.*
*chorus aligerum radiante in veſte canebat*
iriſtum *everſorẽ Regni* Plutonis & *urbis* ;
*ec non* Chriſtiadas *pro* Chriſto *vulnera paſſos* ; 6.
*rguto tenues reſonabant pectine nervi.* 7. 9.
*ultat cælum, & tellus, & pontus, & aër.*
*nthius ingeminat plauſum, ſtellaque ſequuntur,* *(mis.* 1.
*minea exultant viridantibus agmina pal-* 11. 5.
*ilia per calicem Divini dona parentis* 8.
*iratur, mentemque oblectat imagine rerum,* 8.
*um geſtat manibus famamque & fata ſuorum.*

Q

*Sed dolor hic D...*
*loris*
*Inter delicias, & ſuaves inter od...*
Chriſte *genis, lachrymiſque rigas*
*ne flores*
*Pallantes, violas ſuperas pallore; ...*
*Suave rubens non tam rubuit q...*
Ieſu
*Sanguineo nunc rore madens; fe...*
Lilia, *quæ florent* Chriſti *depicta ...*
*Fœlices Violæ, atque ô fœlices Hy...*
*Et vitreis lymphis, & rubro nect...*
*O qui* Gethſemani *ſacro me ſiſta...*
*Horto ubi ſanguinea turgent in p...*
*ma:*
Chriſtus *enim palmes; ſimus ...*
*Facque tuus calor ille vias & ca...*
*... novos veniat qua ſu...*

*Dum molles ſomnos ſub divo carpitis, aut dū* G. 3.
*Colligitis flores, & humi naſcentia fraga* Ec. 1.
*Ne veſtro illius labatur pectore vultus,* E.5.E.2
*Qui molles inter Violas, & Lilia cana,* G.4.E.2
*Miſta Roſis, Caſiam, & flores bene olentis*
*Anethi,* (*herbis* Ec. 2.
*Tum Caltha; atque aliis incluſus ſuavibus* 10. 6.
*Sanguineo ſudore rubet; cui pectore ab imo* G.3.A.9
*Spiritus attractus ſingultibus ilia pulſat.* Ec. 7.
*Non illum ſaliunca movet commiſta roſetis* Ec. 7.
*Puniceis; dulcē non mollis amaracus auram* 1.
*Floribus expirans, vitisve umbracula texens;* 1.E.9.
*Nec capitur placida ventoſi murmuris aura.* 8.E.9.
*O Tu, qui noſtri cuſtos es pauperis horti* Ec. 7.
*Pro me ſanguineos rores qui fundis in horto:* 12.
*Nunc horto ſuccede meo, nunc imbre cruoris* 8.
*Irrora nimis ſitientes aſtibus herbas.* G. 3.
*O utinam mea mens virtutum floribus halet!* G. 4.
*O ſi cordis humum ſpargas florentibus herbis* Ec. 9.
*Gratia, ut hic hortus lachrymarum rote ma-*
*deſcens* 5.
*Virtutum violas, virtutum lilia fundat:*
*Vt recubes inter blandos ad flumina flores.* 6. E.4.
*Nox erat, & placidū carpebant feſſa ſoporem* 4.
*Corpora per terras, ſylvaq; & ſæva quierunt* 4.
*Æquora, cum medio volvantur ſidera lapſu,* 4.
*Cùm tacet omnis ager, pecudes, pulchraque*
*volucres:* (*dumis* 4.
*Quæque lacus late liquidos, quæque aſpera* 4.
*Rura tenent, ſomno poſita ſub nocte ſilenti* 4.
*Lenibant curas, & corda oblita laborum.* 4.

*Lethi horror, magnoq; dolorum flu*
*Qui voluit pro me tot acerbos ferre*
*Et patria fines, & dulcia linquere*
*Cælicolum, mortemq; pati, Genitor.*
*Non inter ſalices lentâ ſub vite ja*
*Fronde ſuper viridi, non inter flun*
*Et fontes ſacros frigus captabat opa*
*Non ſepes apibus florem depaſta ſa*
*Irriguum ſomnum ſuadebat inire j*
*Sed curæ ingeminant quæ oculis*
*noctem*
*Eripiunt; hæret lateri lethalis arun*
*Ira divina; jecur immortale coque*
*Ignis edax, tacitum vivit ſub pectoi*
*Hei mihi peccati furor ardet, viſce*
*Omnia, nec fibris requies datur ul*
*las*

*oculis ruat imber aquæ; mea flumina creſcant* (*deſcat* 5. G. 1.
*bus abruptis, lachrymarum fonte ma-* 3. 5.
*:to ambuſtum cor, & fuligine nigrum.* 12. E. 7.
*cii placida laxabant membra quiete;* 5.
*hos confectos curis, ſomnoque gravatos* 6.
*editur* Chriſtus, *dictisque fatigat amicis:* 6. 4.
*pites vigilate viri; nunc pectore firmo* 4. 6.
*: animis opus eſt, nam vis inimica propinquat* 6. 9.
*ntes clypeos, atque æra micantia cerno.* 2.
*a fatus erat ſubito cum creber ad aures* 3. 2.
*' adeſſe pedum ſonitus, nam dirus* Iudas 2.
*ns armatos pedites equitesq; propinquat.* 1. 6. 2.
*lere fores ſtrictis mucronibus omnes.* 2.
*iunt equites ſeſe ad divortia nota* 9.
*atque hinc, omnemque aditum cuſtode coronant.* 9.
*dus en ſociis coït in præcordia ſanguis* 10.
:hriſtus *qui jam certa ſuccumbere morti* 2. 4.
*e ſuâ voluit, tempus ſecum ipſe modumque* (*aſt hic* 6. 4.
*t, &* Judam *venientem haud reppulit,* 4. 6. 4.
tum *ut conſpexit palmas utrasque tetendit;* 3. 6.
*n multas habuere faces, lucet via longo* 11.
*ne flammarū, & late diſcriminat agros)* 11.
*lexumque tenet* Judas, *atque oſcula figit.* 2.
*reviter* Chriſtus; *tune oſcula figis, amice,* 6. 2.
*ndis me voce tuâ? nec plura loquutus* 2. 11

*Inſremuere viri, gemitum...* *(r.*
*tes.*
*Omnis ſe arrexit quadrupes, & calcibus a*
*Verberat, effuſumque equitem ſuper ipſe*
*quutus*
*Implicat, ejectoque incumbit cernuus arm*
*Tum* Chriſtus: *Si me vultis deducer*
*urbem,*
*Fatorum hos comites demittite; protinus*
*Cum clamore ruunt magno, manicisque* *(*
*ërcent.*
*Verùm ubi correptum manibus, durisque*
*Vinctū conſpexit* Petrus,*furor iraque me*
*Præcipitant, tantum neſcit perferre dolor*
*Quid faciat, quâ vi* Chriſtum, *quibu*
*deat armis*
*Eripere? an ſeſe medios moriturus in h*
*... pulchram proveret per v*

Proluit, aut annis ſolvit ſub-lapſa vetuſtas, 12.
Fertur in abruptũ magno mons improbus actu 12.
Exultatque ſolo, ſylvas, armenta, viroſque 12.
Involvens ſecũ : disjecta per agmina Petrus 12.
Irruit, haud aliter medios moriturus in hoſtes 12.
Irruit : & quà tela videt denſiſſima tendit. 9.
Enſe petens Malchũ nudo ſuperimminet, atq; 9.
Cæſariem læva turbati corripit hoſtis, 12.
Impreſſoque genu nitens terræ applicat ipſum, 12.
Et rigido dextram ferro ſecat impiger aurem. 12.
At graviter dictis Petrum caſtigat Iëſus, 12. 4.
Fulmineumque jubet vagina condere ferrum. 5.
Quid tibi vis ? quæ mens tam dira, miſerri-
me Petre 9. 1.
Impulit his cingi telis ? aut quo ruis ? inquit, 2.
Non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis 2.
Tempus eget ; Malchi mox aurem, & tempo-
ra ferro (vavit. 2. 6.
Trunca, manu medicâ, Chriſtus, non arte, le- 12. 7.
Non, inquam, humanis opibus, non arte ma-
giſtra 12.
Hæc fiunt ; nec te Simon tua dextera ſervat 12.
Major, agit Deus, atque opera ad majora re-
mittit. (ctis 12.
Ducitur interea manibus poſt terga revin- 2.
Ad ſocerum Caiphæ, dum multa hic flagitat,
adſtat 6. 2.
Miles, qui palma faciem percuſſit honeſtam. 2. 12.
Diffugiunt comites, & nocte teguntur opaca. 4.
Sed ſolus Petrus caſu percuſſus iniquo, (ſum. 6.
Proſequitur lachrymãs lõge & miſeratus Iē- 6.

*Quiſquis es hac mihi nunc ediſſere*
*ganti,*
*(Te namq; adjuro per magni Num*
*Tune ille es* Chriſtus *ſoboles* Jovis o
*tis ?*
*Cui* Chriſtus : *ſum nempe* Dei *certi*
*Quam poſt aëria ſublimen in ſede*
*Nubibus incinctã, & praclara luce*
*His verbis turbati animi, concuſſ*
*trum*
*Pectora, & arrecta ſtimulis haud*
*Mox cœpit* Caiphas *humeris abſcina*
*Auxilioque vocare viros, & tender*
*Et* Chriſtum *inſontẽ dictis onerare*
*Quem multa incuſat falſo : tunc*
*clamor*
*Cum fremitu horrendo magnus ſe to*

*Accurrunt juvenes*, Chriſto*que illudere certant*, 5.2.
*Hic ſpuit ore, alter diverberat ictibus illum:* G.4.A.5
*Involvunt alii faciem; ſtat triſtis* Ieſus A.1.G.3
*Submiſſo vultu, preſſoque obmutuit ore:* 12.6.
*Irrident, erratque aures, & tempora circum* 5.
*Crebra manus, duro crepitant ſub vulnere malæ.* 5.
*Hei mihi qualis erat, quantũ mutatus ab illo* 2.
Chriſto, *qui quondã conſperſit lumine montem* 12.
Thabor, *& è ſacris efflavit naribus ignem.* 12.
*O Lux vera hominũ! Spes ô fidiſſima mũdi!* 2.
*Quis tam crudeles optavit ſumere pœnas?* 6.
*Cui tantum de te licuit? Cur ſanguine crines* 6.2.
*Concretos video? quæ cauſa indigna ſerenos* 2.
*Fœdavit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?* 2.
*An Pater omnipotens Superum regnator, Olympo,* 10.12.
*Demiſſum voluit tantos Te ferre labores?* 12.
*Hũc ego, Te* Chriſte *aſpicio mea ſola voluptas* 9.3.
*Solamenque mali: veſtri miſereſcite Regis* 3.8.
Abramidæ, *ſi qua eſt pietas, in me omnia tela* 9.
*Conjicite, hanc miſeram quam primum abrumpite vitam.* 9.
*Quid meus in vos* (*heu*) Dominus *committere* (*tantum?* 1.
*Quid potuit tãtas ut ſolvat ſanguine pœnas?* 1.9.
*Me, me, adſum qui feci, in me convertite ferrum,* 9.
Judæi, *mea fraus omnis, nihil ille nec auſus* 9.
*Nec potuit (cœlũ hoc & conſcia ſidera teſtor)* 9.
*Tantum infœlicem nimium* dilexit amicum. 9.

*Preluo, & aſſiduâ magnũ prece n*

*At mens* Bar-Jonæ *jamdudum ſa*

*Vulnus alit venis, & cæco carpitu*

*Multa viri virtus animo, multusq*

*Oris honos, hærent infixi pectore v*

*Verbaque nec placidam membri*

*quietem.*

*Heu quid agat? vario necquicqua*

*Diverſaq; vocant animũ in contr*

*Aulai in medio tædis atque ilice ſe*

*Ingentẽ ſtruxere pyrã? ſtat mæſtu*

Petrus, *nam gelido concrevit frigore*

*Aſt animo deſævit hyems longe ac*

*Priſca fides glacie, cana concreta p*

*Mens jacet; aggeribus niveis fiduc*

*Torpet amor velut unda gelu, q*

*horto*

*Deficere ? en virgo incuſat, ter voce negaſti* 2.4.
*Vnquam te noviſſe virum, comitemve fuiſſe.* G.4.9.
*Hoc docet humanis quæ ſit fiducia rebus.* 10.
Chriſte Deus *cor hoc concretum frigore tanto* 12.
*Diſſolve in lachrymas, fornace liqueſcat amoris,* 8.
*Et tepefacta tuis radiis hæc lumina dudum* G.4.
*Sicca fluant, caput hoc rorē diſpergat amarū.* G.4.
*Heu capitis ſolidā in glaciem vertere lacunæ;* G.3.
*Triſtis hyems glacie curſus frænavit aquarū* G.4.
*Torpet mole nivis, cor, pectus frigore torpet.*
*Concreſcunt duræ lachrymarum in flumine cruſta,* G.3.
*Interea roſeis invecta Aurora quadrigis,* 6.
J*am medium æthereo curſu trajecerat axem.* 6.
J*am matutinus volucrū ſub culmine cantus* 8.
*Suſcitat agricolas, jam rauco gutture gallus* G.1.
*Exercet cantus, quatiens clangoribus alas;* G.1.A.3
*Qui clangor validò* Petrum *quoque verberat ictu,* 9.12.
*Et cor è ſomno ſopitum ſuſcitat alto.* 1.8.
*O! ſi eadē volucris cantu mihi rumpat eodem* 6.G.3.
*Pectus, & hanc animam ſecuro in corde jacentem* 6.
*Excitet à ſomnis alarum verbere pulſans.* 12.
*Sed ſimul ut ſtrepitum pennarum exterritus hauſit* 6.
*Alitis horriſona, & feralia carmina* Petrus: 12.4.
*Mox venit in mentem nuper quæ dixerat illi* 4.11.
Chriſtus, *quod* Dominum *trepida ter voce negaret* 6.8.

Et geminas huc flecte acies, penetr
Illuſtra radiis oculorum Chriſte t
Vt poſſim largo fletu ſimul ora rig
Ex oculis ſcintilla tuis ſuper arida
Nutrimenta cadat, rapiasque in f
mam ;
Pectus ut accenſum flammas exp
Hanc animam verbi tonitru nu
ruſco
Ignea rima meos percurrat lumin
Poſtera vix ſummos ſpargebat lu
Orta dies, quum primum alto ſe g
Solis equi, lucemque elatis narib
Jamque Sacerdotum Princeps, (
avo
Concilium Caiphas magnum, pr
Imperio accitos alta intra limin

Vi rapere; exitium præſens mortemque minantur (trementes 2. 12.
Si quiſquam vel Chriſtum adeat, terrentque 12.
Tunc iterum Dominus divino ex ore fatetur 3. 4.
Cælicolum ſe Rege ſatum; furor iraque Patrum (nes 3. 7. 2.
Præcipitant mentes; infrendunt dentibus om- 2. 8.
Et Chriſtum falſo damnarunt crimine mortis. 6.
Continuo ſontem Iudam ſuccincta flagello 6.
Tyſiphone quatit inſultans, torvosq; ſiniſtra 6.
Intentans angues, vocat agmina ſæva ſororum. 6.
Sibilat innumeris hydris ſata nocte Megera 6. 7.
Verberaque inſonuit, tum lumina torquet Erynnis 7.
Flammea fumentes figens ſub pectore tædas. 7.
Alecto torvam faciem & furialia membra 7.
Oſtendit, penitusque in Judæ viſcera lapſa eſt. 5. 7.
His agitur furiis, totoque ardentis ab ore 12.
Scintillæ abſiſtunt oculis, micat acribus ignis. 12.
Per medias urbes agitur furibundus, & alta 7. 4.
Templa petit, qualis conjecta cerva ſagitta 6. 4.
Quam procul, incautum nemora inter Creſſia fixit 4.
Paſtor agens telis, liquitque volatile ferrum 4.
Neſcius, illa fuga ſilvas ſaltusque peragrat 4.
Dictæos, hæret lateri lethalis arundo. 4.
Tunc Judas tremulis ululatibus æthera complet, (malorum 7.
Se cauſam inclamans, crimenque caputque 12.

Domino *inſonti acciderant; quod v*
*didit Illum*
*ibus, incuſat ſeſe, redditque repente*
*ntum, & ſcelerū furiis agitatus abiv*
*dum informis lethi trabe nectit ab alt*
*umpuntur miſero: deforme cadaver*
*ibili ſqualore horret: dependet amictu*
*idus ex humeris, oculos ſtupor urget*
*ries*
*modis miris pallent, gravis halitus at*
*ore ſe fundens ſupera ad cōvexa fereb*
*que Tartareas fugit indignata ſub u*
*bras.*
*ea* Chriſtus *peditū comitantibus arm*
*tur ad ſævi ſublimia tecta* Pilati.
*atur Judex fari quo ſanguine cretus*
*lveferat, memoret, quæ ſit fiducia cap*
*ac, depoſita tandem formidine fatur;*

[illegible]

*In numeris, largus ...*
*Tunditur aßiduis hinc atque hinc ...*
*Heros*
*Ingemit, & ſacros quatit æger anheli...*
*Heu! multo* Chriſti *violarunt vulnere ...*
*Multa cavo lateri ingeminant, & pect...*
*ſtos*
*Dant ſonitus erratque aures & temp...*
*Crebra manus, duro crepitant ſub ...*
*mala*
*Nec prius abſiſtunt, quā crebro verber...*
*Diriguit, fugitque auras, calor oſſa ...*
*Labitur heu tandem, & longo vix ...*
*fatur,*
*Ac veluti ſummis ingentem in mon...*
*Cum ferro accisam, crebrisque bipen...*
*ſtant*
*... certatim: illa uſq;*

*Non tamen hoc* Domini *caſu* Judea *movetur,* 6..4.
*Nec fletu ingemuit* Chriſti,*nec lumina flexit,* 4.
*Nec lachrymis vitam dedit,aut miſerata magiſtrum eſt;* 4.
*Nec quiſquam tantas perſentit pectore curas.* 4.4.
*Non tibi* Sara *parens, generis non author A*bramus 4.
*Perfida, ſed duris genuit te cautibus horrens* 4.
Caucaſus, Hyrcanæ*que admorunt ubera Tygres.* 4.
*O mihi ſi tanto manerent lumina fletu,* 3.5.4.
*Quanto* Chriſte *tuo manavit ſanguine corpus:* 6.5.2.
*Vulnera ſacra meis guttis perfunderem, & artus* (*rem.* 11.G.4.
*Sanguine rorantes lachrymarum fonte lava-* 4.Ec.3.
*Poſtquā verberibus laniaſſent corpore toto* 7.6.
*Tortores* Chriſtum *lacerant crudeliter ora,* 6.
*Ora, aureſque ambas, ſpoliataque tempora ſpinis;* [*ronam*) 6.
(*Nam textam ex ſpinis capiti impoſuere co-* 3.4.
*Purpureaſque ſuper veſtes velamina Regum* 6.
*Injiciunt, ſolio* Chriſtus *tum ſedit in alto;* 6.7.
*Geſtat arundineum, Rex, qui regit, omnia ſceptrum,* 10.1.7.
*Caditur ante aras crudeles victima noſtra,* 2.1.
*Cui caput innectunt ſertis, & fronde coronant* 4.
*Funerea, rubriſque incingunt tempora vittis.* 4.6.
*Noſter purpureo Rex eſt adopertus amictu;* 3.
*En Vatem qui fata docet reſponſaque* Patris, 3.6.
*Cujus olorino mulcentur* pectora cantu. 10.

*bra* *(d*

*Valet, quique feras palmam, crinemqu*

*Sanguine, fronde premas lauri, vel p*

*oliva*

*Atque umbrata geras civili tempora q*

*Verùm ideo caput (heu) ſpinis lania*

*neſtum,* *(*

*Quod mea mens ſpinis, & denſis ve*

*Mille modis* Chriſto *illudit gens ba*

*quidam*

*Percutiunt pugnis faciem; ſpuit alter;*

*Tundit arundinea virga, Regemq; ſa*

*Interea ex venis ſanguis fluit undique.*

*Tortores verò* Chriſtum *genua ægra t*

*tem,*

*Jactantemque utroque caput, craſſumq*

*Ore rejectantem, miſtosq; in ſanguine*

'u veluti rupes immota reſiſtit : 7.
i ardentes inſtant, hominemque fatigant : (llum, 1.7.
inſontē ad mortem contra omnia Chriſ- 5.7.
a juſſa Dei perverſo Numine poſcunt. 7.
nnubio ſtabili fuit uxor juncta Pilato ; 4.
ecce in ſomnis Chriſti mœſtiſſima imago 2.1.
eſt, ora modis attollens pallida miris ; 1.
aviter genitus imo de pectore ducens, 2.
videbatur largos effundere fletus. 2.
lentem barbam, & concretos ſanguine crines (gis 2.
eraq; illa gerens, quæ duris plurima vir- 2.11.
vit ; mulier triſti conterrita viſo, 2.4.
titur ſomno ; lachrymis precibusque maritum 2.7.
itat, caſum miſereri inſontis Ieſu. 4.5.
quam primum ſolio conſederat aureo, 4.10.
cius hæc mandata ferens, à cōjuge venit: 7.9.
dex, & luce magis dilecte marite, 4.
primos inopina quies laxaverat artus, 5.
me ſuſpenſam terrent inſomnia mira : 4.
ſubito ante oculos Chriſtus mœſtiſſimus adſtat, 5.2.
totum ſacro rorabat ſanguine corpus ; 5.2.
modis miris pallebant morte futurâ 11.4.
nita hoc viſo, magnisq; exterrita monſtris 3.
ēvi clamore locum, flensque ipſa videbar 3.2.
pellare virum, & mœſtas expromere voces : (Regum, 2.
hriſte omnipotens ! genus alto à ſanguine 10.6.

Cur

*Quid pietas, q...*
*an non*

*Supra homines ſupra ire Deos pietate ſolebas*
*Hic pietatis honos, vix tandem pauca furent*
*Subjicit, & raris turbatus vocibus hiſcit :*
*Vivo equidem, nec adhuc homines lucemqu*
*relinquo,* *(arcen*
*Sed linquam : nam nos cæli quibus annu*
*Omnipotens Genitor, per cædem & vulner*
*ducit ;* *(labores*
*Perque metum & curas, morboſque, & mil*
*Perq; undas ſuperãte ſalo, perq; invia ſaxa*
*Hac iter* Elyſium *nobis, ſic itur ad aſtra.*
*Non ſcelera & fraus* Me *pœnas traxere*
*iſtas,*
*Sed mea* Me *virtus, & ſancta oracula* Patr
*At gentẽ invìſam, qua* Me *nil tale merent*
*...lnerat, & corpus ſpoliare hoc lumine g*

*Funera conſpicies? magna inclementia* Romæ 3. 2. 1
*Has evertet opes,* Solymamq; *à culmine ſter-*
*net.* 2.
*Hæc ubi dicta dedit, caput atro texit amictu* 2. 12.
*Multa gemens, & ſe nocturnis condidit um-*
*bris.* (*lentem* 12. 4.
*Sic me deſeruit lachrymantem & multa vo-* 2.
*Dicere, & in tenues auras conceſſit imago,* 2.
*Par levibus ventis, volucriq; ſimillima ſomno.* 2.
*Tum gelidus toto manavit corpore ſudor.* 3.
*Corripio è ſtratis corpus, tendoque ſupinas* 3.
*Ad cælum cum voce manus, & munera libo* 3.
*Intemerata focis; oneravique æthera votis.* 3. 9.
J*am te per cæli jucundum lumen & auras,* 6.
*Per connubia noſtra, per incæptos hymenæos:* 4.
*Si bene quid de Te merui, fuit aut tibi quid-*
*quam* 4.
*Dulce meum, miſerere animæ non digna fe-*
*rentis* (*tem;* 4. 2.
*Oro, & ſi quis adhuc precibus locus exue men-* 4.
*Parce tuas ſcelerare manus, jam parce cruori* 3.
*Innocuo, nā* Chriſtus *hic eſt, quo juſtior alter* 1.
*Nec pietate viget, nec verbo major & actis.* 1.
*Meq; hujus (juro) quoties humentibus umbris* 9. 4.
*Nox operit terras quoties aſtra ignea ſurgunt,* 4.
*Admonit in ſomnis & turbida terret imago.* 4.
*Hæc ubi dicta dedit,* Judex *obmutuit amens,* 1. 4.
*Arrectaque horrore comæ, & vox faucibus*
*hæſit* 4.
*Attonitus tanto monitu.* (rentem 4.
*Heu quid agat, populum quo* nunc ambire fu- 4.

at affatu? & quæ prima exordia
mat?
uidem conatus erat dimittere Chriſt
fruſtra; gravis ira, & inexatura
pectus
x gentis, precibus non flectitur ullis
ſatis eſt Chriſtum pænam traxiſſe
omnem,
ita ſpoliare volunt, ſacrique cruoris
quias poſcunt, tanta hos inſania ca
pitat, tanta populos furit improbus
ubi nulla datur cœtū exuperare pot
lium, & populi nutu impatientis eu
aquam, tonſisque petit mantilia vi
famuli manibus lymphas lavit
cruorem
tem, & jurat caput hoc ſe opponere m
um; veſtris, inquit, clamoribus ac

æmineum clamorem ad cæli ſidera tollunt ; 11.
ffuſaque genis lachryma, ſolatia luctus 6.11.
xigua ingentis, ſed non indebita Chriſto. 11.
as tamen increpitans verbis compellat ami-
cis : (inanes ? 1.3.
ur tanta (ô miſeras!) lachryma volvuntur 5.4.
undite pro vobis veſtriſque nepotibus illas. 3.1.
obis tempus erit cùm terque quaterq; beatos 10.1.
icetis ſteriles, quarum circum ubera nullos 3.8.
udere pendentes pueros, & lactea collo 8.10.
ambere cernetis, montes optabitis altos 8.1.
acipites in vos labi, colleſque ſupinos ; G.3.G.3
t tecti tenebris, & dono noctis opaca 8.
elluris gremio tuto lateatis ab hoſte. 5.10.
um Martem indomitum Æneadaſque ad
tecta ruentes 2.
rnitis, obſeſſumq; acta teſtudine Templum, 2.
tque urbis capta caſum, convulſaque late
imina tectorum, & medium in penetrali-
bus hoſtem ; 2.3.
ui gemitus, & qui planctus lachrymaque
futura ? (benis 4.3.
mpus erit quando immiſſis Vulcanus ha-
r turres & tecta furet, tabulaſque volutus 2.12.
d cælum undabit vortex, templumque te-
nebit, 12.
itaque Judææ ſudabit ſanguine tellus. 2.
mne reformidant ligna infæcunda bipennē, G.2.A.2
gricolæ viridis, ſi ferro exſcinditur arbos ? A.2.G.2
curis ægra, & triſti conterrita ſorte 1.12.
Gnitis nati, flet Virgo miſerrima Mater, 6.

ſequere in um...
m pro me miſero, pro me crudeli ... 11. 2
pplicium, culpasque meas heu morte pia- 11.
bat ;
Hoc tamen immeritam nati ſolabere mortem, 10
Quod magni patris dextra cadit ; ille volebat 1
Pro ſonte inſontem crudeles ſumere pœnas ; 2.
Imperioque ſuo pallentes ire per umbras, (
Per loca ſenta ſitu cogit, noctemque profun-
(linquet
dam ;
Non tamen indecorem Genitor Te Chriſte re-
Externâ jam in morte : neque hoc ſine nomi-
ne lethum
Per gentes erit, aut famam patieris inultus.
Nam quicunq; tuum violavit vulnere corpus
Morte luit merita ; quin ipſa in morte tuetur
Te Pater omnipotens : nam primum ut tertia
cælo. ... rora rubebit, ...

*Succurrunt ſævi comites, dominumq; ruentē* 11.
*Suſcipiunt, quendam* Cyrenes *turba coëgit* 11. 1.
Simonem *portare crucem ; ſed crimina mun-*
*di* *liſti.* 6. 2.
*Hac ligno graviora humeris Tu* Chriſte *tu-* 2. 6. 1.
*Me quoque per flammas , & mille ſequentia*
*tela* 6.
*Eripis his humeris, medioq; ex hoſte revellis ;* 6. 2.
*Omnibus exhauſtum me caſibus, omnium ege-*
*num* 1.
*Cælicolum ſociat turbis ; perſolvere grates* 3. 1.
*Dignas non opis eſt noſtra, nec quicquid ubi-*
*que eſt* *(bem* 1.
*Humana gentis magnum qua ſparſa per or-* 1.
*In freta dum flavii currunt , dum montibus*
*umbra* 1.
*Luſtrabunt, convexa polus dum ſidera paſcet,* 1.
*Semper honos nomenque tuum laudesque ma-*
*nebunt.* (ria *nomen,* 1.
*Ventum erat ad montem cui nunc* Calva- 6. 8.
*Millibus in mediis ſtat multo ſanguine ſu-*
*dans ;* (Aram, 12.
*Vt quondam ductus cornu ſacer hircus ad* G. 2.
*Cujus ſanguineis rorabant cornua guttis* 8.
*Pontificis reſperſâ manu : ſic* Chriſtus Iëſus 8.
*Conſtitit ante crucem velut hircus , ſeu velut*
*agnus* 4. 12.
*Innocuus, velut intactâ cervice juventus.* G. 4.
*Ipſe ara eſt, ac ipſe eſt victima, & ipſe Sa-*
*cerdos :* G.2.A.6
*Qui ſeſe ut meritum patri mactavit honorem.* 1.2.
Thw

*Eloquar an ſileam? ...*
*Ligno hæret, cæloque ardentia lumin...*
*dit,*
*Lumina, nam palmas ferrum terebravi...*
*Illa manus rapidum jaculari è nubibu...*
*Qua quondā ſolita eſt, ferro confodit...*
*Pes ligno rigidis clavis transfixus adh...*
*Maxima qui* Nerei *calcavit ſtagna pro...*
*Qui picturatas volucres, qui lilia veſ...*
*Hac foliis, illas tot verſicoloribus alis,*
*Et qui ſuccingit fulgenti murice Reges*
*Ipſe tamen pendet ſine veſte inglorius ...*
*Sanguineis frontem ſpinis & tempora ...*
*Dat populus* Chriſto *ſitienti pocula fell...*
*Qui populi ſaliente ſitim reſtinguere ri...*
*Dulcis aqua ſolitus venerando ex or...*
*tis.*
*Sanguinis à venis largus demittitur in...*

*Vt mea mens duce* Te *portu ſe condat in alto* 5.
*Cœleſtis patria, num ſit mihi gratior ulla* 5.
*Quo magis hanc animam cupiam demittere*
*feſſam,* 5.
*Quam qua ductorē tellus mihi ſervat* Jeſum. 5.
*Et patris* Abrami *gremio complectitur omnes* 5.
*Inſignes pietate viros, virtutis amantes.* 1.

# CHRISTIADOS
## LIBER XII.

### *Argumentum.*

*Chriſtus* cruci affixus inter duos fures elevatur; titulus ſuperſcribitur: alter latronum ridet, alter *Chriſtum* fatetur & orat, cui *Paradiſus* promittitur. Dumque *Chriſtus* pro inimicis orat, matrem graviter dolentem conſpicit, eamque J*ohanni* commendat. Deſcribitur miraculoſa *Solis* Eclypſis, & J*udæorum* cæcitas; tandem *Dominus* dolores innumeros & non dicendos paſſus, exſpiravit; tremit terra, rumpuntur ſaxa, ſepulchra recluduntur: velum Templi, quod hic deſcribitur, diſcerptum eſt. Centurio his prodigiis motus, *Chriſtum Dei* Filium agnoſcit; dumque latronum crura franguntur, lancea *Chriſti* latus confoditur, ex quo ſanguis & aqua fluxit. Deſcribitur *Chriſti* deſcenſus ad inferos, & ejuſdem ſepultura; nec non J*oſephi*, *Nicodemi*, & *Matrum* pietas; Virginisque *Mariæ* acerbiſſimi dolores. *Chriſtus* tertiâ die, territis cuſtodibus terræ motu, reſurrexit. *Angeli* mulieribus, illæ *Apoſtolis* reſurrectionem nunciant. *Petrus* & J*ohannes* ad ſepulchrum cu[illegible] *giles* autem pecunia corrupti, mendacium ſparg[illegible] *pulos* nempe *Dominum* furto abſtuliſſe: Judæ[illegible] in *Chriſtum* deſcribitur. *Magdalena* adſtat ſep[illegible]

*AT crucis immenſam quai*
*mum attollere mole*
*Aggreditur populus, cælo*
*cere certat*
*Hanc aram, cujus media inter cornua*
*Purpuream* Deus *ipſe animam votum*
*cravit;*
*Tollitur in cælum clamor, totusque re*
*Mons circum, tremulis ululatibus*
*complent.*
*Tum cauſam mortis ſuper impoſuere*
*Omnibus* Hebræis *populis*, Graiisque
nis*que*;
*Hic eſt* Rex Judæorum Nazaræenus
*Sic qui nil meruit ſublimis in aëre pe*
*Prædones inter geminos; quorum alte*

*Sed mundi labem concretã exemit, & omnes* 6.
*Corporeas peſtes, & fraudes abluit omnes.* 6.4.
*Heu nimium* Chriſte,*heu nimiũ crudele luiſti* 11.
*Supplicium, ſcelerum tantorum ignare; quid*
*ergo* *(inſons;* 11.1
*Pro famulis moreris* Dominus, *pro ſontibus* 3.6.
*Solus amor noſtri, & redimendi gloria mũdi* 6.G.
*His merſere malis, hoc funere merſit acerbo.* 6.6.
*Tum flevit ſupplexq; preces è pectore fundit:* 1.6.
*Ne pigeat meminiſſe mei rerũ alme magiſter,* 4.9
*Cùm tibi continget ſolio ſceptroque potiri* 6.9.
*Regni cælicolum, patriosque attollere faſces.* 1.7
*Cui* Chriſtus*: mecum lucis habitabis opacis* 6.
*Riparumque toros, & prata recentia rivis* 6.
*Devenies, dulcesque bibes è fontibus undas,* 6.G.
*Ante tegas quàm nox terras humentibus um-*
*bris.* 4.
*Dumq; illudentes pendenti à ſtipite* Chriſto, 2.3
*Hoſtes vociferant digna atq; indigna relatu;* 9.
*Extremos gemitus ciet ille, & pectore ab imo* 3.6
*Effuditque preces, Patremque in vota voca-*
*vit.* *(illis* 6.3
*His ignoſce Pater, quoniam furor improbus* 4.A
*Confuſam eripuit mentem. ſic fatus* Ieſus, 2.6
*Ardentes oculorum acies ſuper agmina jecit.* 12.
*Hic* Maria *indigno nati concuſſâ dolore* 12.
*Stat lachrymans, & multa querens, & pe-*
*ctora tundens;* G.4.A
*Mortem orat, tadet cæli convexa tueri,* 4.
*Difficilesque obitus nati, tantosque dolores;* 4.
*Nã ſequitur matris ſanguis* de vulnere nati.

*harum interpres curarum & conſci*
*olim*
*it* Simeon, *tranſit præcordia matri*
*, virgineumque alte bibit acta cruo*
*ibi conſpexit curis ingentibus ægran*
*ĩt lachrymas, doleique afflatus am*
*eſt.* (n
*um natum mulier, tum forte* Joh
*xit, ſimul his ardentem affatur a*
*cum:*
*am matrem. Perculsâ mente dedere*
*utes lachrymas; ante omnes ipſe*
hannes;
*animũ patriæ ſtrinxit pietatis ima*
*æpit ſolari inopem, & ſuccurrere ſol*
*re ut propriam genitricẽ; ſic pius he*
*tem matrem nolebat linquere ſolam,*
*ſanguineo lachrymans commendat*
*mi...*

*Nudato capite, & Patrem clamore vocando,* 12.
*ctus hoſtiles & vulnera ſuſtinet unus.* 10.
*Me ſuper hanc dextram victricem extende magiſter,* (*hoſtes;* 12.
*Dum tela injiciunt, proturbantque eminus* 10.
*Hac clypei parmaque inſtar, me me omnia contra* 8.
*Tela tenebrarũ defendat, & agmina Ditis;* 8.
*Nam mea mens ſine te vim tantam tendere contra* (*det;* 9.
*Nec moritura valet, majorave viribus au-* 10.
*Ergo aſſurgentis dextram, plagamq; ferentis* 10.
*Plutonis ſubeas mucronem, ipſumque morare,* 10.
*Sic famulus Domini dextra protectus abibo.* 10.
*Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtrat,* (*aquis;* 4.
*Hoc opus infandum haud oculis Pater aſpicit* 4.
*Sed caput obſcura nitidum ferrugine texit.* G. 1.
*Conditur in tenebras altum caligine cælum;* 11.
*Quippe dolet* Domini *lethum crudele videre,* 12.
*Atque pudet nullũ mortalibus eſſe pudorem.* 10.
*Ingenti luctu concuſſa eſt Regia cæli,* 11. 7.
*Cùm* Sol *in medio defecit mæſtus Olympo;* 11.
*Aurataſq; comas tenebrarũ obnubit amictu.* 11.
*Dumque citatorũ* Phœbi *pertentat equorum* 12. G. 3
*Corpora tota tremor, nec lucem è naribus efflant,* G. 3. A. 11
*Orbis terrarum jam caſſus lumine luget:* 1. 2.
*Et Templum ut charo conjux orbata marito*
*Sacratas moritura manu diſcindit amictus.* 12.
*Diſſultant rupes, telluri frigidus* horror 8. 3.

 Men

*Ipſa ſtupet curvus homini [illegible]*
*Vipera, & attoniti ſquamis aſtantibus hya*
*Luctus ubique fuit, metus undique & un*
*queſletus.*
*At* Juda *infœlix ſcopulis heu durior ipſis,*
*Vipereo genere, & graviter ſpirantibus hya*
*Savior, haud tantis monſtris, lachrymi*
*movetur,* *(ina*
*Mens immota manet, lachryma volvun*
*Nox tam denſa polum bigis ſubvecta tenel*
*Quod Sol in medio dum volvitur axe:*
*ades*
*Lychni accenduntur, collucent ignibus ur*
*Agricola admirans ſubito caligine cœca*
*Ereptũ ex oculis cœlum, noctemque reduct*
*Cùm nondum Sol tinxit equos in gurgite*
*ſos:*
[illegible]

'um non agnoſcunt morientem, & dira fe-
rentem (ſatorem ; 6. 4. 6.
upplicia, hunc hominum verum divumque 6.1.
:d quidam illudunt, quidā deſcendere ſua-
dent ; (tum. 2. 5.
ividit hic veſtem, mox porrigit alter ace- 1. 6.
'ei mihi qui tantis tenebris involvor & um-
bris 2.
ole ſub ardenti, & medio dum volvitur orbe E.2.A.4
Tox obſcura tenet mentem, nec pectus amoris 4.
;ne micat : me Chriſte tua jam lampade
luſtra : 4.
olve meas tenebras, fac circumfuſa repente 8. 1.
cindat ſe nubes, & in æthera purget apertū. 1.
'ollucere faces, & fervere pectora flammis 4.
ac mea Chriſte tuis, fac noctem lumina vin-
cant : (nera poſſit ? 1.
Quis mortem aſpicere hanc oculis, quis vul- 12.
'mnipotens Genitor tanton' hunc crimine di-
gnum 10.
Duxiſti, & tales voluiſti expendere pœnas 10.
nſontem ? Genitor natum (mirabile dictu) 2.4.
d pœnam noſtrâ pro libertate vocavit. 6.
'icit amor mundi, noſtraq; immenſa ſalutis 6.2.
'ura, ſed heu miſero, quæ jā ſatis ima dehiſcat E.2.10
'erra mihi, qui cauſa fui tibi mortis Ieſu. 10.6.
Namque ego Chriſte tuum maculavi crimine
nomen. (rum. 10.
Debueram pœnas ſcelerum expendiſſe meo- 10.6.
mnes per mortes animā ſontē ipſe dediſſem : 10.
ed vivo, vitamque tuo de vulnere duco. 10.3.

te tenuit moriendi Chriſte volup
e triſti voluiſti occumbere morti?
inus, tuane hæc famulus per vuln
ra ſervor
à vivens? quas dignas dicere gra
referre parem? meritorum haud i
memor unquam
i fuero, dum Sol regit aureus orbem
go Phœbe curru dum pulſat Olym
ves ergo paſcentur in æthere cervi,
deſtituent nudos in littore piſces;
rerratis amborum finibus, exul
arim Parthus bibet, aut Germania T
grim,
noſtro Chriſti labetur pectore vultu
dem confectus curis, multoque dolo
at Patrem, gemituq; hæc edidit al
Parens cur Me morientem deſeri

*Hoc illud, hoc* Juda *fuit, me fraude petebas,* 4.
*Prodere cùm* Dominũ *voluiſti perfide juſtũ.*
*En crux iſta mihi, hi clavi, ſpinaque parata.* 4.
*Quid deſertus ego primum querar ? anne magiſter* 4.
*Spreviſti comitẽ crudeli in morte miniſtrum* 4.
*Tot meritum mortes ? eadem Me ad fata vocaſſes,* (*liſſet.* 10. 4.
*Idem ambos ligno dolor, atque eadem hora tu-* 4.
*Me laniet ſpinis, me clavis perforet hoſtis,* 10.
*Inque meum pectus ſceleratam intorqueat haſtam ;* 2.
*Extinxi te meque ſimul, populumque* Sionis 4.
*Et patres urbemq; tuam; da vulnera* Chriſte, 4.
*Da, lachrymis ſiccabo meis, corpusque lavabo.* 10.
*Ah ! ubi nunc oculorum ignes, ubi fulgida quondam* 3. 8.
Cæſaries, *pulchriq; micantia fulgura vultus?* 8. 9.
*Lumina conduntur tenebris, caligine vultus;* 11. 3.
*Atque oris roſeum nox abſtulit atra colorem.* 11. 6.
Chriſte *mihi vita ſemper dum vita manebit* 5.
*Chare magis,* Chriſte *innumeris exercite fatis :* 5.
*Brachia diſtendis, dimittis in oſcula vultum,* 1. 3.
*Ne renuas noſtro circundare brachia collo.* 1. 2.
*Amplexus da* Chriſte *tuos, atque oſcula fige ;* 9. 1.
*O ſi rore tui ſtillantis ſanguinis, omnes* 6. G. 3.
*Ablueres animæ ſordes, ſi flumine vivo* 4. 2.
*Vulnera ſiccares lachrymarũ æterne tuarum,* 10. 1.
*Vulnera quæ mihi jã ſtrident ſub pectore fixa.* 2. 4.
*Eripe Me his invicte malis,* & Tu mihi cœlũ 6.

(namque potes) fidumque tuere m
niſtrum; (aſ
tram miſero, & tecum me tolle
,ut tandē placidis in morte quieſca
næſtæ matres crinem de more ſolut
m gemitum tunſis ad ſidera tollunt
us, reſonat magnis plangoribus æt
bi nunc, mater, cernenti talia ſenſu
dabas genitus? cùm tu miſera
corpus
res nati, madefactum ſanguine tan
que vulneribus fœdari membra
dendis? noſ
a decus mulierum, animo gratiſſi
corde doles; oculos dejecta decoros
emis, largoque humectis flumine v
tum (ple
percutiens, & cælum queſtibus i

*Nam ſimulac* Chriſtus *telluris operta ſubivit,* 4. 6.
*Sub pedibus mugire ſolum, & juga cœpta moveri* 6.
*Sylvarū, inſolitis tremuerunt motibus urbes;* 6. G. 1.
*Et tremefacta ſolo tellus, avulſaque ſaxis* 10. 2.
*Saxa ruunt, tremula patuerunt viſcera terra.* 2. 8.
*Vidiſſes animas imis exire ſepulchris.* Ec. 8.
*Vox quoque ſub noctem ſemel exaudita ſilentem* G. 1.
*Proclamans letho crudeli* Pana *peremptum;* 5. 4.
*Qua vox ut ſimul eſt liquidas emiſſa per auras,* (*credas* 4. 6.
*En ſubito horrendus gemitus ferit æthera;* 2. 5.
*Vicinos reſonaſſe lupis ululantibus agros* G. 1.
*Apparent intus ſacri penetralia templi;* 2. 6.
*Nam velum jam ſponte ſuâ diſcerpitur; illud* 6. G. 4
*Arte laboratū, atque auro fuit intertextum.* 1. 8.
*Pictus acu, filis & verſicoloribus orbis* 11. 9.
*Cernitur: hic anima, terraque & pontus, & ignis* Ec. 6. 1.
*Calantur liquidiq; cadunt è nubibus imbres.* 10. E. 6.
*Hic ſylvæ frondent, animalia mōtibus errant,* 3. Ec. 6.
*Aſſurgunt turres, villarum culmina fumant;* 4. Ec. 1.
*Saxoſas inter decurrunt flumina valles,* Ec. 5.
*Hac inter tumidi late maris ibat imago* 8.
*Aurea: ſed fluctu ſpumabant cærula cano,* 8.
*Et circum argento clari delphines in orbem* 8.
*Æquora verrebant caudis, æſtumq; ſecabant.* 8.
*His cœli ſuper incumbens argenteus orbis* 11. 8.
*Aſtra tenet, pluviaſque hyadas, geminoſque triones,* 1.

...inque m...
ruſco G.
ſemper Sole rubens, & torrida ſemper ab igne;
Quam circum extremæ dextra lævaque tra- G.
huntur
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris G.
Has inter, mediamque, duæ mortalibus ægris G.
A Superum rectore datæ: & via ſecta per 8.
ambas G
Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo. 7
Hoc velum feſtis ſolitum eſt de more diebus
Suſpendi, quod nunc mærore abrumpitur: iſtis
Sollicitus monſtris quidam Romanus (hic olim
Ducere centenos juvenes in bella ſolebat
Ære caput fulgens, horrensq; in vertice criſtis
Sanguineus, clypeoque inſignis & enſe coruſco)
Admonet, & magna teſtatur voce per agmen:
Credo equidem, nec vana fides, genus eſſe To-
nantis
...is & longâ morte necaſtis

*Transadigens coſtas, & cādida pectora rumpens.* 9.
*Ecce novum pulchro manat de corpore flumen* 9.3.9.
*Sanguinis & laticum, largo tepefacta cruore* 1.9.
*Terra madet, fixū ſtridet ſub pectore vulnus.* 9.4.
*Quid tibi vis miles? cur fœdas vulnere corpus* 4.2.
*Exanimum? vita ſpoliato parcere fas eſt.* 1.12.6.
*Nullum cum victis certamen & æthere caſsis.* 11.
*Romanos rerum dominos, gentemque togatam* 1.
*Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos,* 6.
*Non miſero inſultare decet, non morte perempto* G.I.A.6
*Immerita, nullas habet hæc victoria laudes.* 3.2.
*Cervus erat forma præſtanti & cornibus ingens,* 7.
*Quem procul errantē rabidæ nigrantis averni* 7.4.
*Commovere canes; jaculis curſuque fatigant* 7.5.
*Venantes; curvo direxit ſpicula cornu* 10.7.
*Corpus in adverſum miles* Romanus, *& ecce* 8.2.
*Perque uterū ſonitu, perq; ilia venit arundo,* 7.
*Heu quot me canibus* Pluto *venatur odoris!*
*Pro ſe quiſq; hoſtes depromunt tela pharetris,* 5.
*Atque in me validis incurvant viribus arcus.* 5.
*Nonne vides tergo volucres hærere ſagittas?* 12.
Chriſte Deus, *ſtridens cōtorta Phalarica venit* 9.
*Fulminis acta modo, quam nec tria taurea terga,* 9.
*Nec triplici ſquama lorica fidelis & auro* 9.
*Suſtentare valet, ſtomachoq; infixa ſub altum* 9.
*Pectus abit, reddit ſpecus atri vulneris undā* 9.
*Spumantē, & fixo ferrum in pulmone tepeſcit.* 9.

Agricolæ audebant, longosque inſinua-
cos.
Ille novo muſto direptis crura cothurn
Tinxit, & hic ſolus calcavit vinitor u
Olim cæruleus mundo ſuperaſtitit im
Noctem hyememque ferens, & inhorr
da tenebris
Ipſe gubernator puppi jam Chriſtus al
Colligere arma jubet, malum conſce
omnem
Proſpectum late pelago petit, aëra ca
Auribus, explorat ventos, & ſidera
Atque cavet navis ne littora dira ſu
Néve inflicta vadis mediis ſolvat
dis.
Tu cujus pelagi imperium eſt, qu
Nimborumq; facit, tempeſtatumq;

*In ſaxa & rupes, & dorſo pendet iniquo,* 10. 10.
*Accipiens inimicũ imbrem, rimisq; fatiſcens,* 10.
Chriſtiadæ *miſeri ventis maria omnia vecti,* 1.
*Oramus motos fluctus compone tridenti.* 1. 1.
*Æquata ſpirent aura, ſitque hora quieti.* 5.
*Atque tuam Navem tot tempeſtatibus actam,* 3.
*Totque adeò incertos cæca caligine ſoles* 3.
*Errantem pelago, totidem ſine ſidere noctes* 3.
*Defer in optatos portus tranquilla per alta,*
*Ne ſubeat ſcopulos* Sirenum *& ſaxa ſonora;* 5.
*Nec jam deficiat tantis ſurgentibus undis.* 6.
*Ipſe ratem conto ſubigas, veliſque miniſtres,* 6.
*Et tandem ventis impleto vela ſecundis.* 7.
*Tum me ſervatum ex undis ad littora cœli* 3.
*Dirige, da Patria portus intrare quietos.* 6. 3.
*En arca nunc porta patet; nunc ardua rupes* 6. 3.
*Fundit aquas virga* Moyſis *percuſſa ſaligna.* G.1.A.7
*Nunc tundit pectus roſtro* Pelicanus *acuto,* 6. 3.
*Vt proprio implumes nutriret ſanguine fœtus.* G.4.A.11
*Ecce ferit medicus ſalientem ſanguine venam* G. 3.
*Ipſe tibi, ut febris nobis averteret æſtum* 9. G. 3.
*Nunc* Jonas *noſter ſpumoſa immergitur unda,* 6.
*Ne Notus abreptos in ſaxa latentia nautas* 1.
*Torqueat, & navem rapidus voret æquore vortex.* 1.
*Dum* Moyſes *alacris palmas utraſque tetendit,* 6.
*En victor cunctos proſternit morte rebelles,* 8. 12.
*Et juſtas pœnas inimico à ſanguine ſumit.* 6. 11.
*Noſter* Adam *placida compoſtus pace quieſcit,* 1.

D'

*...nem.*

*Hæc illa eſt cælum contingens ſcala* J...
*Cujus in excelſo conſiſtit vertice* Iova...
*Aligerumq; chorus juvenum dilabitu...*
*Hanc ſuper, & rurſus ſuper hanc aſce...*
*aſtra.*

*Hic ara eſt ingens nudoque ſub atheri...*
*Educta, & vituli ſpumanti ſanguine...*
*Huc animæ nigra ceu tempeſtate colu...*
*Conveniunt ſecuræ; hac ara tuebitur...*
*Ira divina ſtagnum dulceſcit amarun...*
*Hujus vi ligni; jam frondet vimen* A...
*Quamvis in ſylvis ima de ſtirpe reci...*
*Matre caret, poſuitq; comas & brachi...*
*Atque hæc tantum alias inter caput...*
*arbos,*

*Quantū lenta ſolent inter viburna* C...

Iſmaël, & genitrix, ignari hominumque loco-
rumque I.
Errabant: nulli in totâ regione viarum 6.9.
Qui doceant quo ſub cælo, quibus orbis in oris I.
Jactentur, nullus fons eſt qui gramina lym-
phis I.G.4.
Humectet, nulliq; ruunt de montibus amnes. G.4.A.4
Sed ſitiunt herbæ, terraque ardorë dehiſcunt. G.4.G.3
Tunc juvenis flagransque ſiti, atque exterri-
tus æſtu G.3.
Concidit ad terram ſub ramis arboris altæ. 5.7.
At Mater cælo palmas cum voce tetendit, 2.6.
Effuditque genis lachrymas; mox Angelus
ultro I.6.
Apparens, liquidum clivoſo in tramite fontem G.2.
Oſtendit murmur per levia ſaxa cientem. G.2.
Sic Patria antiqua, Paradiſo pulſus Ada-
mus, 2.II.
In mundo, velut in ſylva quæ ſentibus horret, 6.9.
Et denſis tenebris ramorum, & rupibus altis: 9.I.
Erravit fato profugus, multosque per annos, II.
Nec reperire viam potuit quæ ducit ad aſtra; 5.Ec.9.
Nec liquidos fontes, nec ſtagna virëtia muſco G.4.
Sole ſub ardenti, & triſti ſub ſidere cancri, E.2.E.10
Vt ſibi tam rapidum ſitienti averteret æſtum; E.2.G.
Sed tandem Chriſtus caſum miſeratus Ada-
mi, (tem; 5.6.
Monſtrat inexhauſtũ puteum de rupe fluen- 4.10.G.4
Hunc audet miles ſanctum recludere fontem G.2.
Vnde ſalus fluxit nobis morientibus una; G.3.
Quiſimulac Chriſtũ ſceleratâ cuſpide, ſacrũ 4.2.
Im-

*Cordis, & in medius nos irriget arm*
*Hic mentis ſterilē ne deſerat humo*
*Ne ſignis noſtris horreſcat carduus*
*Lappaque tribulique, interque niten*
*Ne culmos lædat rubigo, aut aſpera*
*Frumenta in viridi ſtipula dum lact*
*Poſtquam exhalaſſet vitam Sunan*
*fans*
*Continuo miſera Matris calor oſſa r*
*Excuſſi manibus radii, revolutaqu*
*Evolat infælix, & fæmineo ululat*
*Aſcenſu ſuperat ſummi faſtigia mo*
*Vatem adit, & vatē precibus votis*
*Vt gnatum ſuperas cæli revocaret*
*Extemplo famulum rapidū præmiſ*
*Hoſpitis, inque manum virgam*
*cucurrit*

*'mponens manibusque manus, atque oribus ora ;* 8.
*Effuditque preces,* Jovam*que in vota vocavit,* 5.
*Ore legens ſi quis puero ſuper halitus ervet.* 4.
*Succeſsit tandem optatus calor oſsibus imis ;* 2. G. 3.
*Atque nova puero rediere in priſtina vires.* 12.
*Sic poſtquã Satanas vita ſpoliaſſet* Adamum, 6.
*Exanimis jacuit tot ſæcula, donec* Ieſus 6. 6.
*Præmiſsis famulis, ſed fruſtra, venit Olympo,* 1. 8.
*Et ſuper exanimum ſeſe projecit amicum,* 9.
*Brachia protendens, noſtrisque amplexibus hærens,* 5. 2.
*Oſcula demiſſo vultu libavit* Adamo ; 1. 1.
*Extinctumque auras vitales carpere juſsit.* 3.
*Tunc ſecum humanam ſubvectat ad æthera gentem.* 1. 6.
*Legis virga tua non me retraxit ab orco,* 5. 2.
*Nec qui fatidici cecinerunt omnia vates,* 8. 5.
Chriſte Deus, *ſed enim* Divini Spiritus *oris,* 6. 3.
*Ac amor ille tuus, velut abdita flamma medullis,* *(auras* 9. G. 3.
*Hanc animam ad cæli jucundum lumen &* 4. 6.
*E denſis tenebris & ſævâ morte reduxit.* 9. 4.
J*am ſimulac* Chriſtus *ſeſe iſto corpore ſolvit,* 4. 4.
*Infernas ſine Sole domos loca turbida adivit :* 6.
*Pallentes umbras Erybi, Regemque tremendum* 4. G. 4.
*Terruit, immiſſo trepidarunt lumine manes ;* 2. 8.
*Quaque ibat, vaſti circum gens aurea cæli* G. 4.
*Ibat, & obſcuram diſpellit lumine noctem.* G. 4.

*Quod potuit manes arceſſere conjug...*
Threicia *fretus cythara, fidibusque ca...*
*Quod fratrē* Pollux *alternâ morte re...*
*Quodq; etiam* Alcides *invictus viribu...*
*Qui Stygium dextra custodē in vincla...*
*Ipſius à ſolio Regis, traxitque trement...*
*Quod dominā* Ditis *thalamo deducer...*
*Audax* Pirithous, *nec non* & Theſeus...
*Hæc ſunt ſopitos quæ ludunt ſomnia ſ...*
*Nam ſolus* Chriſtus *cœli omnipotentis...*
*nus,*
*Viribus, idque ſuis, perrupit limina m...*
*Perque domos* Ditis *penetrans*, & *Av...*
*alta*
*Congreſſus petit ille Patrum (namqu...*
*Tartara habent, triſtesque umbræ, ſ...*
*na piorum*
*...Elyſiumque colunt) has aen...*

*Ad Templum* Philiſtim *vaſta ſe mole move-*
*bat;* (*ſtem* 2.3.
*Cùmque introgreſſus medio ſub culmine po-* 1.2.
*Dexter in adverſum nitens cõcuſſit, & imis* 8.
*Avulſum ſolvit radicibus, inde ruinam* 8.
*Cum ſonitu trahit, &* Philiſtim *ſuper agmi-*
*na tectum* 2.
*Incidit, atque hoſtes inſigni morte peremit;* 2.1.
*Et jam ſera rubens accendit lumina veſper.* G.1.
*Extemplo* Joſephus *adeſt, ſupplexq;* Pilatum 11.6.
*Ipſum obteſtatur, veniamque rogavit ab ipſo;* 11.
*Redderet ac tumulo ſineret ſuccedere terra* 11.
*Exanimum corpus* Domini; *ſatis, inquit, hic*
*inſons* 1.
*Pœnarum tulit in vita, nunc æthere caſſo* 11.
*Parco; tegi funus lacerum patiare ſepulchro;* 10.
*Da tandem miſero ſedes poſt fata quietas;* 4.1.
*Da pacẽ exanimo, & crudeli morte perempto.* 11.
*Quæ gens tam ſæva eſt, quæve hunc tam bar-*
*bara morem* 1.
*Permittit patria, hoſpicio prohibere ſepulchri* 1.
*Defunctos, gremioq; pia requieſcere matris?*
*Dixerat, at Præſes non aſpernanda precantem* 11.
*Proſequitur venia; quicquid ſolamẽ humãdi,* 11.10.
*Quiſquis honos tumuli exanimo largitur* Ieſu. 10.
*At vultum ut vidit* Chriſti *frigentis & ora,* 10.6.
*Ora modis* Arimathæus *pallentia miris,* 10.
*Ingemuit miſerans graviter, lachrymaque per*
*ora* 10.
*Volvuntur: mentem ſubiit pietatis imago,* 10.
*Et mortis duræ caſus, totque optima facta,* 15

*Concretos crines, impexā in pectore ba*
*Atque inter coſtas videt alte vulnus a*
*Tunc thura atq; alios ſuaves miſceba*
*Suſpirans, corpusq; lavat frigentis &*
*Pallida muneribus decoravit membr.*
*mis,*
*Spargitur & tellus lachrymis, ſpargu*
*At Virgo mater corpus miſerabile nat*
*Vt vidit, levique patens in pectore vu*
*Cuſpidis auſonia, lachrymis ſuſpirat*
*Terque quaterque manu pectus percu*
*neſtum,* (
*Procumbens ſuper, atque hærens, atqu*
*Nec via præ nimio voci laxatā dolore*
*Exanimumque ſinu natum complexa*
*Cum gemitu, atque atros ſiccabat ve*
*res:*

*jam mater alit tellus, vireſq, miniſtrat :* 11.
*unt capiti ſpinas, atque oſcula figunt :* 1.
*eribus, prenſantq; tenaci forcipe clavos :* 12.
*t mox veſtis producitur, hac* Nicodemus 5.11.12
*ſocio* Chriſtum *involvunt, conduntque ſepulchro,* 1.6.
*ra non video regali ſplendida luxu :* 4.1.
*reasve faces, inſignia nulla, nec ullos* 11.2.
*ntes currus : ferales ante cupreſſos* 6.6.
*ſtatuunt, decorantque ſuperfulgentibus armis ;* 6.
*bolia occiſis ſuſpendunt hoſtibus ulla ;* 11.
*ive, ferventesve rotas, enſesque decoros ;* 11.
*ique, nec clypeos, galeasque aut tela cruenta ;* 7.11.
*ellator equus poſitis inſignibus ibat.* 11.
*rymans, guttisque humectans grandibus ora ; (barum* 11.
*ælum clamorque virum, clangorque tu-* 11.
*dit ; Domino non tanta ſuperbia noſtro ;* 10.1.
*mundi luxum ſprevit, faſtumq; potentũ* 1.3.
*s, num luxum curat jam lumine caſſus ?* 1.2.
ſepho *croceis halabat floribus hortus :* G.4.
*umulum è vivo ſaxo ſub rupe cavata* 3.1.
*lit, nullos cineres hoc condidit ante* 1.5.
*ue nullâ ſinu ; huc multo gemitu lachrymisque (bant.* 5.10.
*ſitum feretro* Chriſtum *ſub nocte fere-* 10.11.
*qua me tellus tandem qua me æquore poſſunt (reſtat,* 2.
*ere, aut quid jam miſero mihi denique* 2.

S Cu

*atra*

*Quæ mentes hominũ fuſcis amplecti*
*Me conjux omnis curæ caſusque leva*
*Deſerit, & vaſti ſeſe tegit obice ſax.*
*Ille meos primus qui me ſibi junxit a*
*Abſtulit, ille habeat ſecum ſervetq; ſ*
*Non ego te* Joſeph *unquã memoran*
*Si qua fidem tanto eſt operi latura v*
*Qui* Dominum *exanimem, & nil j*
*ſtibus ullis*
*Debentem, exhauſtum tot caſibus,*
*Condis humi, proprioque onerasti m*
*pulchro*
*Sollicitus, qui ſolus honos* Acheronte
*Quin & carbaſeo velamine quinq;*
*Perfoſſumque locis texiſti corpus am*
*O ſi qua eſt cælo pietas quæ talia cur*

*Heu quid agam, vel quam ſpondet mihi vita*
*ſalutem?* *(tebris?* 4.12.
*Quo fugiam, quibus aut me me occultabo la-* 3.8.
*Conſcius audacis facti, ſcelerumq; meorum?* 11.
*Quæ miſerum ad pœnas pro* Chriſti *cæde re-*
*poſcunt;* 2.2.
*Vnum hoc per (ſi qua eſt miſeris venia hoſti-*
*bus) oro* *(ſtra* 10.
*Crimen humo patiare tegi, ſcelera omnia no-* 10.1.
*Mandentur terra tecum; tuq; optime rector,* 11.8.
*Nec non magne Pater divũ miſerere, tuoque* 9.
*Hanc culpam detrude meam ſub tartara ver-*
*bo:* *(vent,* 9.2.
*Et cum fata vocant, atque hoc me corpore ſol-* 10.4.
*Tum me conſortem nati concede ſepulchro;* 10.
*Cum quo non vereor triſtes comes ire per um-*
*bras,* *(meorum.* 12.
*Et ſine quo nihil eſt quidquam mihi dulce* 12.
*Vt terra tumulo corpus ſucceßit* Ieſu, 11.
*Vtque pius tulit inferias,* Joſephus *amico:* 9.6.
*Ecce* Sacerdotes *omnes, Præſesque* Pilatus 11.
*Cuſtodes tumulo aßignant, qui nocte dieque* 9.5.6.
*Inſomnes ſervent funus, ne forte quis illud* 6.2.
*Excipere inſidiis, tentet mox agmine denſo* Ec.3.2
*Armati ferro, & criſtis capita alta coruſci* 9.
*Conveniunt, omnemque adytum cuſtode coro-*
*nant.* *(bam* 1.9.
*Diſcurrunt, variantque vices, fuſiq; per her-* 9.
*Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos;* 9.
*Collucent ignes, noctem coſtodia ducit* 9.
*Inſomnem ludo.* 9.

Quum ſubito ætheriis juvenis del.
Aliger, & fulgens Phœbææ lampad
Aëra dimovit tenebroſum & diſp
bras;
Saxumq; à foribus ſpeluncæ avellit:
Fundamenta quatit, tremere omni
pente
Culmina tectorum , nutant cum
Namque pedē referens caſus evaſe
Chriſtus ovans, ſuperasque iterun
ad auras.
Extemplo vigilum gelidus per dura
Oſſa tremor, ſubitaq; coït formidin
Labuntur proni in terram , & vi
haſit.
Speluncam repetunt matres, gemi
Pennatos proceres, indutos veſtibu

nenides, *tenuitque inhians tria* Cerberus
*ora.* G. 4.
*mit letho ſe, ac vincula ferrea rupit* 2.
*tis, & inferni ſuperavit pallida regna.* 6. 8.
*ergo & ſociis hæc nuntia læta referre.* 11. 9.
*continuo volitant, ac viſa reportant.* 9. 4. 11.
us *lætitia voces ad ſidera jactat;* Ec. 5.
*icat & ventis, & fulminis ocyor alis* 5.
*us* Johannes; *ſequitur non paſſibus æquis* 5. 2.
us, *at hic tumulum prior introgreſſus,*
*inanem* 9. 1. 6.
*ſpexit, calcemque terit jam calce ſodalis;* 6. 5. 10.
*i tumulum vacuum, revolutaque lintea*
*vidit:* 4. 9. 3.
*hinc digreſſi matres ſociosque reviſunt.* 2. 8.
: *eſt illa dies lucis quæ maxima ſemper;* 8.
*etur nobis, & erit quæ maxima ſemper* 8.
*ſpecus &* Ditis *detecta apparuit ingens* 8.
*ia, & umbroſæ penitus patuere cavernæ;* 8.
*a* Chriſtus *radiis Divini diſpulit oris* 4. 5.
*niferam noctem commiſtis igne tenebris.* 8.
*a ſolus tetri ſuperavit monſtra barathri,* 6. 8.
*tareumq; manu rectorē in vincla petivit.* 6.
*a* Ionā *è fœdis tenebris & carcere ventris* 5. 6.
*muit piſcis, fulvaque reliquit arena.* 8. 5.
*a poſitis novus exuviis, nitidusq; juventa* G. 3.
*uit prædam pedibus* Iovis *aliger uncis.* 6. 5.
*n* Daniel *tandē evaſit rabida ora leonum.* 2. 6.
*ue olim pueri flammam evaſere camini,* 9. 8.
*ira patriæ flammas ſuperavit ovantes* 10.
iſtus, *ſanguineis reſtinguēs fontibus ignes.* 2.

*Objecit caput, & ſupplex ad u*

*Ingens quod nuper ruit alto*

*plum,*

*Exurgens hodie, caput inter n*

*Vt* Phœnix *poſtquam ſ[illegible]*

*Arduus ad Solem, motare inc*

*Dicitur, & ſeſe flammâ cr[illegible]*

*Sed ſimul ac cineres c[illegible] &*

*vit,*

***Exoritur nova progenies ex mo***

***Quæ neque concubitu indulge***

***ſegnis***

***In*** Venerem ***ſolvit, nec fœtum***

***Sed genus immortale ſuo de pu***

***Morte ſuâ vivens, & miro fu***

***Sic*** Chriſtus ***divinæ iræ quem ſ***

***vit,***

*Gurgitis evaſit multis cum millibus; illos* 6. 5.
*Æternam in cælo juſſit producere vitam.* 12. 2.
*Jam* Ditis *ſpelunca patet, jam læta columba* 6. 5.
*Dat plauſum pennis, liquidumque per aëra lapſa* 5. 6.
*Effugit, atq; altam ſupra volat ardua nubem.* 5. G. 1.
Hac *crudeles qui olim ſtetit hoſtia ad aras,* 1. G. 3.
*Quiq; humeris pinguem tædis & robore ſecto* 6.
*Ferre pyram voluit, juguloque haud inſcius enſem* 6. 10.
*Accipere, & manibus patriis occūbere morti:* 10. 2.
*Nunc letho eripitur, nam aries in ſentibus hærens,* 2. G. 2.
*Imbuit innocuo fatalem ſanguine truncum.* 6. 2.
*Qui fuerat pridem venantum vulnere pectus* 1. 12.
*Saucius, & (miſerum) laniatus corpore toto* 12. 6.
*Jam* Judæ *movet arma leo, gaudetque comantes* 12.
*Excutiens cervice toros, fixumque latronum* 12.
*Impavidus frangit telū, & fremit ore cruento.* 12.
*Nunc* Sampſon *portas haſa concuſſit, & imis* 8.
*Avulſas ſolvit radicibus, inde repente* 8.
*Impulit, impulſu quo maximus intonat æther.* 8.
*Ferratos vectes vulſosque à cardine poſtes* 7. 2.
*Tollit, & ærei curſu petit ardua montis.* 8.
*Haud aliter* Chriſtus *pallentis ferrea mortis* 8. 6.
*Limina perrupit, poſtesque à cardine vellit.* 2.
*Has triſtes portas lethi, & nigrantis averni* 6. 5.
*Centum ærei claudunt vectes æternaque ferri* 7.
*Robora, nec cuſtos abſiſtit limine* Satan, 7.
*Veſtibulum inſomnis ſervans noctesq; diesque* 6.

Jam ...
Cordis, & in mediis nos irriget aſti
Hic mentis ſterilē ne deſerat hum
Ne ſignis noſtris horreſcat carduus
Lappaque tribulique, interque nite
Ne culmos lædat rubigo, aut aſpera
Frumenta in viridi ſtipula dum la
Poſtquam exhalaſſet vitam Suna
fans
Continuo miſeræ Matris calor oſſa
Excuſſi manibus radii, revolutaq
Evolat infœlix, & fœmineo ulul
Aſcenſu ſuperat ſummi faſtigia
Vatem adit, & vatē precibus vo
Vt gnatum ſuperas cœli revocare
Extemplo famulum rapidū pra
Hoſpitis, inque manum virga
currit

*nponens manibusque manus, atque oribus*
*ora*; 8.
*ffuditque preces*, Jovam*que in vota vocavit*, 5.
*re legens ſi quis puero ſupèr halitus ervet.* 4.
*ucceſſit tandem optatus calor oſſibus imis*; 2. G. 3.
*tque nova puero rediere in priſtina vires.* 12.
*ic poſtquã Satanas vita ſpoliaſſet* Adamum, 6.
*xanimis jacuit tot ſæcula, donec* Ieſus 6. 6.
*ramiſſis famulis, ſed fruſtra, venit Olympo*, 1. 8.
*t ſuper exanimum ſeſe projecit amicum*, 9.
*Brachia protendens, noſtrisque amplexibus*
*hærens*, 5. 2.
*ſcula demiſſo vultu libavit* Adamo; 1. 1.
*xtinctumque auras vitales carpere juſſit.* 3.
*unc ſecum humanam ſubvectat ad æthera*
*gentem.* 1. 6.
*egis virga tua non me retraxit ab orco*, 5. 2.
*Nec qui fatidici cecinerunt omnia vates*, 8. 5.
Chriſte Deus, *ſed enim* Divini Spiritus *oris*, 6. 3.
*Ac amor ille tuus, velut abdita flamma me-*
*dullis*, *(auras* 9. G. 3.
*Hanc animam ad cœli jucundum lumen &* 4. 6.
*E denſis tenebris & ſævâ morte reduxit.* 9. 4.
J*am ſimulac* Chriſtus *ſeſe iſto corpore ſol-*
*vit*, 4. 4.
*nfernas ſine Sole domos loca turbida adivit*: 6.
*Pallentes umbras Erybi, Regemque tremen-*
*dum* 4. G. 4.
*Terruit, immiſſo trepidarunt lumine manes*; 2. 8.
*Quaque ibat, vaſti circum gens aurea cœli* G. 4.
*ibat, & obſcuram diſpellit lumine noctem.* 6. 4.

iente Deo, procul ô, procul eſte profa
ı clamant famuli; tremit impia Ju
, tremunt furiæ, tremit ingens jan
orci,
ïi vinctus fremit horridus ore cate
ſuperſtitio Græcorum credidit olim
ɔotuit manes arceſſere conjugis Orph
:ia fretus cythara, fidibusque canori
fratrē Pollux alternâ morte redem
; etiam Alcides invictus viribus e
ygium dextra cuſtodē in vincla peti
à ſolio Regis, traxitque trementem ;
dominā Ditis thalamo deducere ad
e Pirithous, nec non & Theſeus inge
int ſopitos quæ ludunt ſomnia ſenſu
ôlus Chriſtus cæli omnipotentis alu
nus,
s, idque ſuis, perrupit limina mortis

*'emplum* Philiſtim *vaſta ſe mole move-*
*bat;* *(ſtem* 2. 3.
*que introgreſſus medio ſub culmine po-* 1. 2.
*'er in adverſum nitens cōcuſſit, & imis* 8.
*lſum ſolvit radicibus, inde ruinam* 8.
*ſonitu trahit, &* Philiſtim *ſuper agmi-*
*na tectum* 2.
*'it, atque hoſtes inſigni morte peremit;* 2. 1.
*'jam ſera rubens accendit lumina veſper.* G. 1.
*mplo* Joſephus *adeſt, ſupplexq;* Pilatum 11. 6.
*n obteſtatur, veniamque rogavit ab ipſo;* 11.
*leret ac tumulo ſineret ſuccedere terræ* 11.
*nimum corpus* Domini*; ſatis, inquit, hic*
*inſons* 1.
*arum tulit in vita, nunc æthere caſſo* 11.
*o; tegi funus lacerum patiare ſepulchro;* 10.
*andem miſero ſedes poſt fata quietas;* 4. 1.
*'acē exanimo, & crudeli morte perempto.* 11.
*gens tam ſæva eſt, quave hunc tam bar-*
*bara morem* 1.
*nittit patria, hoſpicio prohibere ſepulchri* 1.
*unctos, gremioq; pia requieſcere matris?*
*erat, at Præſes non aſpernanda precantem* 11.
*ēquitur venia; quicquid ſolamē humādi,* 11. 10.
*ſquis honos tumuli exanimo largitur* Ieſu. 10.
*'ultum ut vidit* Chriſti *frigentis & ora,* 10. 6.
*modus* Arimathæus *pallentia miris,* 10.
*'muit miſerans graviter, lachrymaque per*
*ora* 10.
*'untur: mentem ſubiit pietatis imago,* 10.
*nortis dura caſus, totque optima facta,* 10.

*Concretos crines, impexa in pec*
*Atque inter coſtas videt alte vi*
*Tunc thura atq; alios ſuaves n*
*Suſpirans, corpusq; lavat friger*
*Pallida muneribus decoravit*
*mis,*
*Spargitur & tellus lachrymis,*
*At Virgo mater corpus miſerat*
*Vt vidit, levique patens in pec*
*Cuſpidis auſonia, lachrymis ſu*
*Terque quaterque manu pect*
*neſtum,*
*Procumbens ſuper, atque haren*
*Nec via præ nimio voci laxat*
*Exanimumque ſinu natum co*
*Cum gemitu, atque atros ſicca*
*res:*

*Non jam mater alit tellus, viresq; miniſtrat :* 11.
*Evellunt capiti ſpinas, atque oſcula figunt :* 1.
*Vulneribus, prenſantq; tenaci forcipe clavos :* 12.
*Linea mox veſtis producitur, hac* Nicodemus 5.11.12
*Cum ſocio* Chriſtum *involvunt, conduntque*
*ſepulchro,* 1.6.
*Funera non video regali ſplendida luxu :* 4.1.
*Funereasve faces, inſignia nulla, nec ullos* 11.2.
*Lugentes currus : ferales ante cupreſſos* 6.6.
*Non ſtatuunt, decorantque ſuperfulgentibus*
*armis ;* 6.
*Nec ſpolia occiſis ſuſpendunt hoſtibus ulla ;* 11.
*Franave, ferventesve rotas, enſesque decoros ;* 11.
*Signaque, nec clypeos, galeasque aut tela*
*cruenta ;* 7.11.
*Nec bellator equus poſitis inſignibus ibat.* 11.
*Illachrymans, guttisque humectans grandi-*
*bus ora ;* *(barum* 11.
*Nec cœlum clamorque virum, clangorque tu-* 11.
*Incendit ; Domino non tanta ſuperbia noſtro ;* 10.1.
*Qui mundi luxum ſprevit, faſtumq; potentũ* 1.3.
*Vivus, num luxum curat jam lumine caſſus ?* 1.2.
Joſepho *croceis halabat floribus hortus :* G.4.
*Hic tumulum è vivo ſaxo ſub rupe cavata* 3.1.
*Excidit, nullos cineres hoc condidit ante* 1.5.
*Oſſaque nullâ ſinu ; huc multo gemitu lachry-*
*misque* *(bant.* 5.10.
*Impoſitum feretro* Chriſtum *ſub nocte fere-* 10.11.
*Heu quæ me tellus tandem quæ me æquore*
*poſſunt* *(reſtat,* 2.
*Accipere, aut quid jam miſero* mihi denique 2.

S

atra
*Quæ mentes hominũ fuſcis ample*
*Me conjux omnis cura caſuſque le*
*Deſerit, & vaſti ſeſe tegit obice ſ*
*Ille meos primus qui me ſibi junx*
*Abſtulit, ille habeat ſecum ſervet*
*Non ego te* Joſeph *unquã memo*
*Si qua fidem tanto eſt operi latu*
*Qui* Dominum *exanimem, &*
*ſtibus ullis*
*Debentem, exhauſtum tot caſi*
*Condis humi, proprioque oneraſ*
*pulchro*
*Sollicitus, qui ſolus honos* Acher
*Quin & carbaſeo velamine qu*
*Perfoſſumque locis texiſti corpu*
*O ſi qua eſt cælo pietas quæ tal*

Heu quid agam, vel quam ſpondet mihi vita
ſalutem ? (tebris ? 4.12.
Quo fugiam, quibus aut me me occultabo la- 3.8.
Conſcius audacis facti, ſcelerumq; meorum ? 11.
Quæ miſerum ad pœnas pro Chriſti cade re-
poſcunt ; 2.2.
Vnum hoc per (ſi qua eſt miſeris venia hoſti-
bus) oro (ſtra 10.
Crimen humo patiare tegi, ſcelera omnia no- 10.1.
Mandentur terra tecum ; tuq; optime rector, 11.8.
Nec non magne Pater divû miſerere, tuoque 9.
Hanc culpam detrude meam ſub tartara ver-
bo : (vent, 9.2.
Et cum fata vocant, atque hoc me corpore ſol- 10.4.
Tum me conſortem nati concede ſepulchro ; 10.
Cum quo non vereor triſtes comes ire per um-
bras, (meorum. 12.
Et ſine quo nihil eſt quidquam mihi dulce 12.
Vt terra tumulo corpus ſucceſſit Ieſu, 11.
Vtque pius tulit inferias, Joſephus amico : 9.6.
Ecce Sacerdotes omnes, Præſesque Pilatus 11.
Cuſtodes tumulo aſſignant, qui nocte dieque 9.5.6.
Inſomnes ſervent funus, ne forte quis illud 6.2.
Excipere inſidiis, tentet mox agmine denſo Ec.3.2
Armati ferro, & criſtis capita alta coruſci 9.
Conveniunt, omnemque adytum cuſtode coro-
nant. (bam 1.9.
Diſcurrunt, variantque vices, fuſiq; per her- 9.
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos ; 9.
Collucent ignes, noctem coſtodia ducit 9.
Inſomnem ludo. 9.

*Quum ſubito ætheriis juvenis d*
Aliger, & *fulgens* Phœbææ *lampa*
*Aëra dimovit tenebroſum & di*
*bras;*
*Saxumq; à foribus ſpelunca avelli*
*Fundamenta quatit, tremere omni*
*pente*
*Culmina tectorum, nutant cum*
*Namque pedē referens caſus evaſe*
Chriſtus *ovans, ſuperasque iterum*
*ad auras.*
*Extemplo vigilum gelidus per dura*
*Oſſa tremor, ſubitaq; coït formidine*
*Labuntur proni in terram, & vo*
*haſit.*
*Speluncam repetunt matres, gemin*
*Pennatos proceres, indutos veſtibus*

nenides, *tcnuitque inhians tria* Cerberus *ora.* G. 4.
*...uit letho ſe, ac vincula ferrea rupit* 2.
*...tis, & inferni ſuperavit pallida regna.* 6. 8.
*ergo & ſociis hæc nuntia læta referre.* 11. 9.
*continuo volitant, ac viſa reportant.* 9. 4. 11.
...us *lætitia voces ad ſidera jactat;* Ec. 5.
*...icat & ventis, & fulminis ocyor alis* 5.
*...us* Johannes; *ſequitur non paſſibus æquis* 5. 2.
...us, *at hic tumulum prior introgreſſus, inanem* 9. 1. 6.
*ſpexit, calcemque terit jam calce ſodalis;* 6. 5. 10.
*... tumulum vacuum, revolutaque lintea vidit:* 4. 9. 3.
*hinc digreſſi matres ſociosque reviſunt.* 2. 8.
*: eſt illa dies lucis quæ maxima ſemper;* 8.
*...etur nobis, & erit quæ maxima ſemper* 8.
*...o ſpecus &* Ditis *detecta apparuit ingens* 8.
*...ia, & umbroſa penitus patuere caverna;* 8.
*...a* Chriſtus *radiis Divini diſpulit oris* 4. 5.
*...niferam noctem commiſtis igne tenebris.* 8.
*...a ſolus tetri ſuperavit monſtra barathri,* 6. 8.
*...tareumq; manu rectorē in vincla petivit.* 6.
*...a* Ionā *è fœdis tenebris & carcere ventris* 5. 6.
*...muit piſcis, fulvaque reliquit arena.* 8. 5.
*...a poſitis novus exuviis, nitidusq; juventa* G. 3.
*...uit prædam pedibus* Iovis *aliger uncis.* 6. 5.
*...* Daniel *tandē evaſit rabida ora leonum.* 2. 6.
*...ue olim pueri flammam evaſere camini,* 9. 8.
*...ira patria flammas ſuperavit ovantes* 10.
...iſtus, *ſanguineis reſtinguēs* fontibus ignes. 2.

*Ingens quod nuper ruit alto à cul.*
*plum,*
*Exurgens hodie, caput inter nubila*
*Vt* Phœnix *poſtquam ſuaves accei*
*Arduus ad Solem, motare incendi.*
*Dicitur, & ſeſe flamma crepitant.*
*Sed ſimulac cineres collatiq; & fla*
*vit,*
*Exoritur nova progenies ex morte p.*
*Quæ neque concubitu indulget, n*
*ſegnis*
*In* Venerem *ſolvit, nec fœtum nixi*
*Sed genus immortale ſuo de pulver*
*Morte ſuâ vivens, & miro funere*
*Sic* Chriſtus *divina ira quem flami*
*vit,*
*Exit odorata propriâ virtute favill*

*Gurgitis evaſit multis cum millibus ; illos* 6. 5.
*Æternam in cælo juſſit producere vitam.* 12. 2.
*Jam Ditis ſpelunca patet, jam læta columba* 6. 5.
*Dat plauſum pennis, liquidumque per aëra*
*lapſa* 5. 6.
*Effugit, atq; altam ſupra volat ardua nubem.* 5. G. 1.
Hic *crudeles qui olim ſtetit hoſtia ad aras,* 1. G. 3.
*Quiq; humeris pinguem tædis & robore ſecto* 6.
*Ferre pyram voluit, juguloque haud inſcius*
*enſem* 6. 10.
*Accipere, & manibus patriis occũbere morti :* 10. 2.
*Nunc letho eripitur, nam aries in ſentibus hærens,* 2. G. 2.
*Imbuit innocuo fatalem ſanguine truncum.* 6. 2.
*Qui fuerat pridem venantum vulnere pectus* 1. 12.
*Saucius, & (miſerum) laniatus corpore toto* 12. 6.
J*am* Judæ *movet arma leo, gaudetque comantes* 12.
*Excutiens cervice toros, fixumque latronum* 12.
*Impavidus frangit telũ, & fremit ore cruento.* 12.
*Nunc* Sampſon *portas baſa concuſſit, & imis* 8.
*Avulſas ſolvit radicibus, inde repente* 8.
*Impulit, impulſu quo maximus intonat æther.* 8.
*Ferratos vectes vulſosque à cardine poſtes* 7. 2.
*Tollit, & ærei curſu petit ardua montis.* 8.
*Haud aliter* Chriſtus *pallentis ferrea mortis* 8. 6.
*Limina perrupit, poſteſque à cardine vellit.* 2.
*Has triſtes portas lethi, & nigrantis averni* 6. 5.
*Centum ærei claudunt vectes æternaque ferri* 7.
*Robora, nec cuſtos abſiſtit limine* Satan, 7.
*Veſtibulum inſomnis ſervans noctesq; diesque* 6.

[illegible]
Sed ſimulac Chriſtus deſcendit a
alta,
Impulit ipſe manu portas, nec cl
Cuſtodes ſufferre valent; ſed cardi
Lethi ferratos perrupit numine poſ
Ex illo celebratus honos, lætique m
Servavere diem, quem nunc à nom
Juſtitiæ, Soliſque diem, Dominiqu
Ergo Chriſtiadæ tantorũ in munere
Cingite fronde comas, & pocula p
tris,
Communemque vocate Deum, &
Et tu qui ſævi rupiſti vincula leth
Atq; triumphati domuiſti monſtra
Hunc lætum nobiſque diem, cun
orbem
Eſſe velis, noſtroſa: huius memini

[redacted]



*Ocyus, hancque animā peccati è pulvere tolle.* 11.
*Naſcere, præque diem veniens age Lucifer*
*almum,* Ec. 8.
*Et tandem ſocium conſumptâ nocte reviſe.* 2.
*At trepidi vigiles recta ad ſublimia tendūt* 4. 7.
*Tecta* Sacerdotum ; *queis narrant ordine* 8. 2.
*cuncta* (*nus illi*
*Quæ circa tumulum acciderant : tum proti-* 3. 12.
*Invitant precio vigiles, & pignora ponunt ;* 5.
*Vt vulgent ſocios clam ſubduxiſſe cadaver* 10. 8.
*Nocte intempeſta, premeret dum corpora feſſa* 3. 4.
*Prima quies, conditque natantia lumina ſo-*
*mnus.* 2. 5.
*Hinc totam ſubito vulgatur fama per urbem.* 12.
*Obſtupuit varia confuſus imagine rerum* 12.
*Præſes, & obtutu tacitus ſtetit ; æſtuat ingens* 12.
*Imo in corde pudor, miſtoque inſania luctu,* 12.
*Et furiis agitata anima eſt ſibi conſcia culpæ.* 12. 4.
*Atque* Sacerdotes *furiatâ mente feruntur* 2.
*In Templum, populiq; acuunt rumoribus iras* 11.
*In* Chriſtum *falſis , verbisque odia aſpera*
*jungunt.* (*amaro,* 2.
*Iſque amens animi , & rumore accenſus* 4.
*Exitium* Chriſti *ſociis mortemque minatur.* 11. 12.
*O gens infœlix ! non te facta impia tangunt ?* 5. 4.
*An* Chriſti *nondum ſatiata es ſanguine ?*
*nondum* 2.
*Tot moritura tenent crudeli funere membra ?* 4.
*Quid* Dominum *inſontem laceras ? jam par-*
*ce ſepulto,* (Iuda 3.
*Parce tuas ſcelerare manus ;* non hunc tibi 3.

*Servitio premis, & victo dominar*
*Et Regem inferni verbo ſub tarta*
*Viciſti gentes, & victas tendere p*
*Videre* Abramidæ; *tamen impla*
*In* Dominum *noſtrum gens dura*
*ra ſemper,*
*Exercens odio ſtirpē & genus om*
Chriſtiadū, *nec adhuc ſatis infra*
*Aſpice qui coëant populi, qua mæ*
*Ferrum acuant portis in te, excid*
*rum;*
Eumenides *diræ*, Phlegeton*que*,
*Conjurant, trepidoque furit* Bellon
*Conantur* Solymæ *necquicquam e*
*gnum*
*Immeritum, crebro pulſant nunc*

*Sic conjurati cœlum reſcindere fratres* G. 1.
*Aggreſſi, ſuperiſque* Jovem *detrudere regnis.* 6.
*Sed Pater extructos dejecit fulmine montes;* G. 1.
*Sic* Chriſti *quicunque audet ſe opponere regno,* 11. 12.
*Hunc Pater omnipotens adigit vel fulmine*
*ad umbras,* 4.
*Aut expirantem transfixo pectore flammas* 1.
*Turbine corripiet, ſcopuliſque infiget acutis,* 1.
*Aut ponto immerſum ſpumoſis obruet undis.* 1. 6.
*Et jã prima novo ſpargebat lumine terras* 4.
Tithoni *croceum linquens* Aurora *cubile;* 4.
*Cùm juxta ſacrum ſtat* Magdalena *ſepul-*
*chrum* (*tes,* 3. 2.
*Triſtior, & lachrymis oculos ſuffuſa niten-* 1.
*Quod vacuam ſenſit* Chriſti *ſine corpore ru-*
*pem;* 4.
*Hanc cœli proceres quamvis lenire dolentem* 3. 4.
*Solando cupiunt, dictiſque avertere curas:* 4.
*Illa tamẽ lachrymas verba inter ſingula fun-*
*dens* (*licto* 3.
*Amiſſum queritur* Dominum, *tumuloque re-* G. 4. A. 4
*Incubat; illum abſens abſentem, auditque*
*videtque* 4.
*Nec verbis ullis (tanta eſt violentia amoris)* 4. 12.
*Flectitur, exſuperat magis, ægreſcitque me-*
*dendo.* (*giſter* 12.
*Haud aliter mea mens quærit te* Chriſte *ma-*
*Mane recens orto, & nocte ducentibus aſtris;* G. 3.
*Et quoties medium bigis nox trajicit axem,* 6.
*En lachrymas geminis oculorum fundimus*
*urnis,* 7.

*aunt,*

*Dum* Dominum *queror amiſſum, ...*

*Te reperire queam, vel quâ region...*

*Quin etiam quamvis creſcente ...*

*umbras*

J*am Sol decedens, & frigidus aë...*

*Temperat, & ſaltus reficit jam roſ...*

*Me tamen urit amor; quis enim m...*

*amori?*

*Inque domo cordis vacua mens flet ...*

*Scis quoties voces auſus jactare pe...*

*Implevi clamore polum, mæſtusq; ...*

*Necquicquam ingeminans, itera...*

*rumque vocavi*

*Scilicet ut cervus quem vipera den...*

*Perfuſus ſanie, rapidoque exterrit...*

*Ad liquidas deſcendit aquas & ...*

*Solſtitium Divina ira defende tuarum* Ec. 7.
*Obtentu alarum, atque animam morientis in*
*umbra.* (*tuentem* 11.
*Dum verò hi juvenes ardentem, & mæſta* 6.
*Lenibant dictis animam, curaſq; levabant;* 6.1.
*En ſubito* Chriſtus *ſeſe transformat in horti* 7. G.4.
*Cuſtodem, &* Mariam *jactantem pectore cu-*
*ras* (*inanes?* E.7.A.1
*Alloquitur: mulier lachrymas cur volvis* 1.4.
*Vix ea fatus erat, gemitu cum talia reddit:* 2.
*Corpus ubi exanimi poſitum eſt miſerabile*
Chriſti, (*ram?* 11. Ec.5
*Dic quibus in terris, aut quâ regione requi-* E.3.A.9
*Ibo, & tentabo cervici imponere noſtra,* (*bit.* 2.
*Ipſa ſubibo humeris, nec me labor iſte grava-* 2.
*O mulier tune hoc corpus ſufferre valebis!* 7.2.
*Vix illud lecti bis ſex ſervice ſubirent,* 12.
*Qualia nunc hominū producit corpora tellus:* 12.
*Sed tua magna fides: vires animumque mi-*
*niſtra* 11.9.
Chriſte *mihi ut valeam puro te pectore ferre.* 6.2.4.
*Tū* Mariam *proprio cōpellat nomine* Chriſtus, 3.6.4.
*Quæ ſimulac notam vocem exaudiſſet* Ieſu, 4.11.
*Accurrit, ſacroſque pedes complexa tenebat,* 3. Ec.5
*Quos* Mariam *prohibet manibus contingere,*
*donec* 6.2.
*Ad Patrem aſcendat, matres ex urbe* Sionis 1.2.
*Lætantes adſunt, & ſanctum corpus adorant.* 1.2.
*Et dum* Nicopolin Cleophas Amaon*que re-*
*viſunt,* 2.
*Triſtes, & paribus curis veſtigia figunt:* 6.1

*Lucet color; fuſos cervix cu*
*Accipit, & puro radiabat lu*
*Tum voce inflectit ſenſus, an*
*Impulit, inſolitū tunc oſsibus*
*Nec non ſolicitas expellens pe*
*Vltro animos tollit dictis, atq*
*tro.*
*Multa docet, varioque viam ſe*
*Sol ruit interea, & montes un*
*Tum* Cleophas *parvi ſubter fa*
*Ingentem ducit* Chriſtum, *ſtra*
*Dum victu revocant vires, agn*
*Incipiunt, tantum egregio decu*
*Sed ſubito ex oculis fugit ceu fu*
*Illi mox* Solymam *repetunt,*
*pente*
*Improviſi adſunt ſociis, remqu*

*ureum, & lætos oculis afflarat honores.* 1.
*m optat cunctis, mox nomine quemque*
*ſalutat.* 3.4. 11.
*erò ancipiti mentes formidine preſſi* 3.
*antur ſubito, tenuem ſine corpore vitam,* 8.6.
*credunt volitare cava ſub imagine for-*
*ma;* 4.6.
Chriſtus *dubitare videns, dejecit amictū* 6.5.
*umeris ſacrum, atque recentia vulnera*
*monſtrat;* *(edit;* 5.6.
*que favum, toſti partē quoque piſcis ab-* 6.4.A.8
*inctum ex ſancto ſpiravit pectore flamen.* 1. 10.
*u quē formidant inferni limina Regis;* 3.6.
*m Pater è Stygiis evexit ad æthera Re-*
*gnis;* *(pta eſt* 6.6.
*vitam dedit æternam, cui mortis adem-* 12.
*litio, ut poſſis tandem finire dolores;* 12.
*ires mihi ſanctam animam, & cæleſtium*
*amantem;* *(prema* 12.1.
*ue bonus fœlixque mihi, cùm nocte ſu-* E.5.A.6
*s luctantem animam nexosque reſolverit*
*artus;* 4.
*rea cum gremio tellus complectitur oſſa;* 5.
*ipſos cineres, atque oſſa onerata ſepulchro* 6.9.
*ge, & hancce animam ſupera ad convexa*
*remitte.* 6.2.
*ùm te nobis perfecto temporis orbe,* 6.
*diderit cœli ſtellantis Regia; verbo* 2.7.
*ipſos membrorum artus, ipſa oſſa, lacer-*
*toſque* 5.
*mis revoca ex umbris ad limina vitæ;* 7.5. 10

*Poſthac ſe* Thomæ *dubitan*
*Infixum lateri vulnus, ma*
*Luce cicatrices fulgentes mi*
*Tanzēdas; tetigit* Thomas,
*O fortunatum* Thomam *qu*
*Vidit,& ingentē lateris tra*
*Da* Chriſte *ut fidei mani*
*tangam,*
*Vt corde aſpiciam patulam*
*Fœlix, ô nimium fœlix ! ſi*
*Poſſum qua* Dydimus *tetigi*
*dit.*
Chriſte Deus *nondum clauſ*
*Noctes atque dies patet alm*
*Tu cœli portas reſeras morta*
*Voce vocans omnes alta intr*
*Accipito hanc animam tot*

*Interea* Petrus *ſociique ad littora tendunt,* 2.
*Conſcenduntque æquor, fugiunt ſpumantibus undis;* 1. 3.
*Aſpirant auræ in noctē, nec candida curſum* 7.
*Luna negat, ſplendet tremulo ſub lumine pontus.* *(æquor* 7.
*Poſtquam altum tenuere rates, demittit in* 3. 2.
*Lina* Petrus; *nulli apparent in gurgite piſces.* G.1.A.1
*Noctem illam inſomnem ducunt, fruſtraque laborant.* *(alto* 3. 9.
J*amque rubeſcebat radiis mare, & æthere ab* 7.
*Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.* 7.
*Littore in extremo* Chriſtus *conſiſtit, & altâ* G.3.A.6
*Voce vocat ſocios, rurſusque ſub æquora mergi* 6. 6.
*Lina jubet; magno ſocii parere parabant* 4.
*Imperio, & dicto, citius demiſit in undas* 4. 1.
*Humida lina* Petrus; *vaſti mox ſquamea ponti* *(pinnis;* G.1.G.4
*Gens ruit, & tremulis ſecat æquora concita* 8. 7.
*Spumea ſquamoſa ſub turba immurmurat unda,* *(more verſo;* G.4.A.10
*Dum per aperta volat, candent vada mar-* G.3.A.10
*Tunc piſces vento citius volucrive ſagitta* 1. 5.
*Inſiliunt, lætoque implerunt retia cœtu.* 4.
*Agnovit vocē* Domini *vultumque* Johannes, 3. 1.
*Ocyus advertit puppim, ripaque propinquat;* 6.
*Accepitque manu, dextramque amplexus inhæſit,* 8.
*At* Petrus *ſeſe jactu dedit æquor in altum,* G. 4.
*Quaque dedit, ſpumantem undam ſub pectore torſit.* G. 4. I

*Cujus quum primum data copia, ſi*
*Proſiliunt piſces, urget præſentia.* C*i*
*Incumbunt* Pelago, *pariterque ad*
*dunt*;
*Pectora quorum inter fluctus arrec*
*Squamoſæ exuperant undas, fre*
*ſpumant.*
*Sic Vates olim obſcurâ ſub nocte per*
*Inſtantes operi gentes captare voleb*
Amramidæ *lino, primus qui legibu*
*Fūdavit* Judæ; *ſed enim labor omn*
*Dum mundus longam errabat ſine*
*ctem.* *(bu*
*Sub denſis tenebris ſcelerum, atque*
*Sed ſimulac mundo noctis deceſſera*
*Et miſeris lux alma data eſt morta*
*nes*

*Quod videant* Solymam *concurſu accedere*
*magno* (*puellas.* 1.
*Matres atque viros, pueros* 128 Dryadasque 6. E. 5.
*Sic primam ut Solis cernunt albeſcere lucem,* 4.
*Obſcœna fugiunt volucres, fugit avia bubo;* 12. G. 2.
*Quæ ſola in buſtis, aut culminibus deſertis* 12.
*Nocte ſedens ſerum canit importuna per um-*
*bras.* (*amantem?* 12.
*Quē fugis ah demens? cur* Chriſtum *ſpernis* E. 2. A. 4
*Qua tandem* Solyma *gentes conſiſtere terra* 4.
*Invidia eſt? & nos fas cœli quærere Regna.* 4.
*An frons læta parū, & dejecto lumina vultu,* 6.
*Quod profugus frater rediit genitoris ad ædes* 1. 1.
*Poſt longum exilium, & per tot diſcrimina*
*rerum.* 3. 1.
*En quanta natum genitor pietate minorem* 3. 9.
*Accepit reducem? collo dat brachia circum,* 3. 2.
*Amplexuque hæret, dulcique affatur amore,* 1. 6.
*Effunditque genis lachrymas, atque oſcula*
*libat;* 6. 12.
*Ardentē ex humeris demittit murice veſtem;* 4.
*Includitque auro digitos, & crura cothurnis.* 9. G 3.
*Tum jugulat vitulum, & latus convivia cu-*
*rat;* (*tem.* 12. G. 2.
*Talis amor teneat te* Judæ, *imitare paren-* E. 3. A. 6
*Exque illo veram pietatem diſce, fidemque* 12. 4.

128 Hic non intelligo poëticas Nymphas, quæ cum quercubus naſci & interire fingebantur, ideo ἁμαδρυάδες dictæ; ſed ruſticanas virgines ad *Chriſti* fidem converſas. Δρῦς *Quercum*, vel *Arborem* ſignificat: illæ autem inter arbores verſantur. *Ob hanc* rationem Gallorum Magi ſunt dicti Druidæ.

Cl

*utramque*
*Vnam animis, maneat noſtros e*
Chriſte *graves* Judæ *tandē miſer*
*Saxea qui juvenis direxti tela, m*
*Corpus in Ætnai fratris; cingentia*
*Tot maria intrarunt duce te, penit*
*poſtas*
*Indorum gentes, pratentaque Syrti*
*Hac* Judæa *tenus fuerat fortuna ſe*
*Quanto ex deluvio, quot vaſta p*
*vecti,*
*Qui caſus miſeros, qua bella horrē*
*Ex quo vitali ſpoliarunt luce magiſt*
Europæ *atq;* Aſiæ *ſciat orbis uterq;*
*Littore qui* Libyco *degunt; ſcit*
*ubique eſt*
*Humana gentis magnum qua ſpar*

ulpam agnoſcant, veniamque precentur
ab ipſo (nis. 11.
n contempſerunt tot jam labentibus an- 2.
tiadasq; omnes facias uno ore rogamus. 12.
verò accipient Dominum, agnoſcentque
libentes 8.
olymam remeent, da (non indebita poſco 11. 6.
a tuo populo) patriis conſidere terris, 6.
ntesque duces, agitataque corpora plebis. 6. 2.
Chriſto & Patri ſolido de marmore
templa 6.
uent, feſtosque dies de nomine Chriſti: 6.
uoque magna manent Judæ penetralia
regnis 6.
a qua divum incedis regina, Jovisque 1. 1.
ta, & genitrix, atq; intemerata puella. 1. 11.
Judæ exemplo totũ qua ſparſa per orbẽ 1.
inops animi, atque ignotis errat in oris, 4.
pacis leges, oblataque fœdera ſprevit, 12.
te Chriſtiadæ inter vos componere bella,
cognata nimis; coëant in fœdera dextra; 11.
ſt hac ſimili pœna commiſſa luatis. 1.
quoties noſtro ſudantẽ ſanguine terram 2.
nus, & campos ingentes oſſibus albos? 12.
lyma! ô divum domus aurea, & incly-
ta fama (mos 12.
a, jam pridem in cineres cecidiſſe ſupre- 10.
nerita es, ſi non cœli pia cura reſiſtat. 2.
ruitis? quave iſta recens diſcordia ſur-
git? (omnes 12.
bere iras, quando ictum eſt fœdus, & 12

Quænam nos ...
Implicuit bello ? an cognato ...
Commaculare manus nondum miſeretq
getque ?
Nullus amor ? nec veſtra capit diſcord
nem ?
Barbarus interea nunc imminet undiqu
Aggeribus ; tantas ſtrages impune per o
Ediderit ? juvenum primos tot miſerit c
Non infælicis patriæ, veterumque pare
Tangit honos animum ? ſi quem pia cu
mordet
Verborum Chriſti quæ in morte nor
Cùm pacem nobis firmatam ſanguine
Si qua piis animis hæret morientis Ie
Gratia, ne bello fratres agitate quiet
Nec Solymæ fluxas res imo vertite f
aliena jugo premere, atque

# CHRISTIADOS
## LIBER XIII.

### *Argumentum.*

*riſtus* in cœlum aſcenſurus, varia præcepta dat *Apo-*
, quibus benedicit, & *Petro* Eccleſiæ ſuæ curam cre-
*Deus Pater* convocato *Angelorum* concilio, de *Chriſti*
in cœlos elevatione mentem ſuam aperit, cui *Angeli*
iſerunt omnes, & *Chriſto* aſcendenti miniſterium præ-
unt. Poëticè ſub formâ magnifici Palatii deſcribitur
ſtis gloria. Dum verò *Apoſtoli Chriſtum* aſcendentem,
orum acie curioſius ſequuntur, à duobus *Angelis* de
s reditu docentur. Deſcribitur ultimum judicium, &
*ti* redeuntis gloria: Interea *Apoſtoli Hieroſolymam* re-
it, ubi in ſuperiore cœnaculo dum unanimes orationi
mbunt, *Spiritus Sanctus* ſpecie ignitarum linguarum
s deſcendit. Hic varia myſteria, & meditationes inter-
itur. *Chriſtiani* ad pacem mutuam rurſus exhortan-
& ad bellum *Turcis* inferendum.

*IAm feſtinemus terris advertere proram,* G. 4.
*Velaque contrahere extremo ſub fine laborum.* G. 4.
*eri cœlo, fatiſque ad ſidera tolli* 12.
*ariis ſignis dudum monſtravit* Jeſus. 2. 4.
*o quater denis exactis ſolibus, ex quo* 5. 3.
*ernas ſedes & pallida Regna reliquit,* 8.
*genitorem omnis curæ caſuſque levamen* 3.
*ituit liquidos penetrare per ætheris orbes.*
*tranaret jam candida nubila tecum* 4.
*s mea, quæ moli ſic fixa eſt corporis hujus.*

*Poſthæc ſe* Thomæ *dubitanti oſtendit,*
*Infixum lateri vulnus, manuumq; pe*
*Luce cicatrices fulgentes mõſtrat, & oſ*
*Tangẽdas, tetigit* Thomas, *& corpus a*
*O fortunatum* Thomam *qui vulnera*
*Vidit, & ingentẽ lateris tractavit hia*
*Da* Chriſte *ut fidei manibus tua* (r
*tangam,*
*Vt corde aſpiciam patulam hanc in*
*Fœlix, ô nimium fœlix! ſi credere t*
*Poſſum quæ* Dydimus *tetigit, vel lu*
*dit.*
Chriſte Deus *nondum clauſa eſt tibi*
*Noctes atque dies patet almi janua c*
*Tu cœli portas reſeras mortalibus ag*
*Voce vocans omnes alta intra limin*
*Accipito hanc animam tot mundi*

*ea* Petrus *ſociique ad littora tendunt,* 2.
*:enduntque æquor, fugiunt ſpumantibus undis;* 1.3.
*'ant aura in noctẽ, nec candida curſum* 7.
*s negat, ſplendet tremulo ſub lumine pontus.* 7.
(*æquor*
*ɪuam altum tenuere rates, demittit in* 3.2.
: Petrus; *nulli apparent in gurgite piſces.* G.1.A.1
*em illam inſomnem ducunt, fruſtraque laborant.* 3.9.
(*alto*
*que rubeſcebat radiis mare, & æthere ab* 7.
*ra in roſeis fulgebat lutea bigis.* 7.
*re in extremo* Chriſtus *conſiſtit, & altâ* G.3.A.6
*vocat ſocios, rurſusque ſub æquora mergi* 6.6.
*i jubet; magno ſocii parere parabant* 4.
*rio, & dicto, citius demiſit in undas* 4.1.
*ida lina* Petrus; *vaſti mox ſquamea ponti*
(*pinnis*; G.1.G.4
*ruit, & tremulis ſecat æquora concita* 8.7.
*ıea ſquamoſa ſub turba immurmurat unda,*
(*more verſo*; G.4.A.10
*ɪ per aperta volat, candent vada mar-* G.3.A.10
*c piſces vento citius volucrive ſagitta* 1.5.
*iunt, lætoque implerunt retia cœtu.* 4.
*ovit vocẽ* Domini *vultumque* Johannes, 3.1.
*s advertit puppim, ripæque propinquat;* 6.
*pitque manu, dextramque amplexus inhæſit,* 8.
'etrus *ſeſe jactu dedit æquor in altum,* G.4.
*:que dedit, ſpumantem undam ſub pectore torſit.*

G.4.
T

*Cujus quum primum data copia, ſea*
*Proſiliunt piſces, urget præſentia.*Chr
*Incumbunt* Pelago, *pariterque ad r*
*dunt;*
*Pectora quorum inter fluctus arrecta*
*Squamoſæ exuperant undas, freta*
*ſpumant.*
*Sic Vates olim obſcurá ſub nocte per*
*Inſtantes operi gentes captare voleb*
Amramidæ *lino, primus qui legibu*
*Fūdavit* Judæ; *ſed enim labor omn*
*Dum mundus longam errabat ſine*
*ctem.* (*bu*
*Sub denſis tenebris ſcelerum, atque*
*Sed ſimulac mundo noctis deceſſer*
*Et miſeris lux alma data eſt mort*
*nes*

*Quod videant Solymam concurſu accedere magno* (*puellas.* 1.
*Matres atque viros, pueros* 128 Dryadasque 6.E.5.
*Sic primam ut Solis cernunt albeſcere lucem,* 4.
*Obſcæna fugiunt volucres, fugit avia bubo;* 12.G.2
*Quæ ſola in buſtis, aut culminibus deſertis* 12.
*Nocte ſedens ſerum canit importuna per umbras.* (*amantem?* 12.
*Quæ fugis ah demens? cur* Chriſtum *ſpernis* E.2.A.4
*Qua tandem* Solyma *gentes conſiſtere terra* 4.
*Invidia eſt? & nos fas cœli quærere Regna.* 4.
*An frons læta parũ, & dejecto lumina vultu,* 6.
*Quod profugus frater rediit genitoris ad ædes* 1.1.
*Poſt longum exilium, & per tot diſcrimina rerum.* 3.1.
*En quanta natum genitor pietate minorem* 3.9.
*Accepit reducem? collo dat brachia circum,* 3.2.
*Amplexuque hæret, dulcique affatur amore,* 1.6.
*Effunditque genis lachrymas, atque oſcula libat;* 6.12.
*Ardentẽ ex humeris demittit murice veſtem;* 4.
*Includitque auro digitos, & crura cothurnis.* 9.G.3.
*Tum jugulat vitulum, & lætus convivia curat;* (*tem.* 12.G.2.
*Talis amor teneat te* Judæ, *imitare paren-* E.3.A.6
*Exque illo veram pietatem diſce, fidemque* 12.4.

128 Hic non intelligo poëticas Nymphas, quæ cum quercubus naſci & interire fingebantur, ideo ἁμαδρυάδες dictæ; ſed ruſticanas virgines ad *Chriſti* fidem converſas. Δρῦς *Quercum*, vel *Arborem* ſignificat: illæ autem inter arbores verſantur. *Ob hanc rationem* Gallorum Magi ſunt dicti Druidæ.

C

Sintque idem caſus , Solyma... , ...
utramque (p

Vnam animis , maneat noſtros ea cura
Chriſte graves Judæ tandē miſerere labo
Saxea qui juvenis direxti tela, manuq
Corpus in Ætnæi fratris ; cingentia terras
Tot maria intrarunt duce te, penitusque
poſtas
Indorum gentes, prætentaque Syrtibus ar
Hac Judæa tenus fuerat fortuna ſequut.
Quanto ex diluvio , quot vaſta per aq
vecti,
Qui caſus miſeros, quæ bella horrēda ſe.
Ex quo vitali ſpoliarunt luce magiſtrum
Europæ atq; Aſiæ ſciat orbis uterq; ; ſci
Littore qui Libyco degunt ; ſcit qu
ubique eſt

*culpam agnoſcant, veniamque precentur ab ipſo* *(nis.* 11.
*n contempſerunt tot jam labentibus an-* 2.
ſtiadasq; *omnes facias uno ore rogamus.* 12.
*i verò accipient* Dominum, *agnoſcentque libentes* 8.
iolymam *remeent, da (non indebita poſco* 11. 6.
*ia tuo populo) patriis conſidere terris,* 6.
*ntesque duces, agitataque corpora plebis.* 6. 2.
*i* Chriſto & *Patri ſolido de marmore templa* 6.
*tuent, feſtosque dies de nomine* Chriſti: 6.
*uoque magna manent* Judæ *penetralia regnis* 6.
*:a qua divum incedis regina,* Jovisque 1. 1.
*ita, & genitrix, atq; intemerata puella.* 1. 11.
*c* Judæ *exemplo totū qua ſparſa per orbē* 1.
*t inops animi, atque ignotis errat in oris,* 4.
*d pacis leges, oblataque fœdera ſprevit,* 12.
*ite* Chriſtiadæ *inter vos componere bella,*
*cognata nimis; coëant in fœdera dextra;* 11.
*iſt hac ſimili pœna commiſſa luatis.* 1.
*quoties noſtro ſudantē ſanguine terram* 2.
*nus, & campos ingentes oſſibus albos?* 12.
lyma! ô *divum domus aurea, & incly-ta fama* *(mos* 12.
*ia, jam pridem in cineres cecidiſſe ſupre-* 10.
*merita es, ſi non cœli pia cura reſiſtat.* 2.
*ruitis? quave iſta recens diſcordia ſurgit?* (omnes 12.
*ibete iras, quando ictum eſt fœdus, &* 12.

Com

Commaculare manus nondum n
getque?
Nullus amor? nec veſtra capit
nem?
Barbarus interea nunc imminet
Aggeribus; tantas ſtrages impu
Ediderit? juvenum primos tot n
Non infœlicis patriæ, veterumqu
Tangit honos animum? ſi quem
mordet
Verborum Chriſti quæ in mort
Cùm pacem nobis firmatam ſang
Si qua piis animis hæret morienti
Gratia, ne bello fratres agitate qu
Nec Solymæ fluxas res imo vertit
Arva aliena jugo premere, atq
prædas,

# ꓛHRISTIADOS

## LIBER XIII.

### *Argumentum.*

*ꓛhriſtus* in cœlum aſcenſurus, varia præcepta dat *Apo-*
*is*, quibus benedicit, & *Petro* Eccleſiæ ſuæ curam cre-
*Deus Pater* convocato *Angelorum* concilio, de *Chriſti*
i in cœlos elevatione mentem ſuam aperit, cui *Angeli*
enſerunt omnes, & *Chriſto* aſcendenti miniſterium præ-
runt. Poëticè ſub formâ magnifici Palatii deſcribitur
eſtis gloria. Dum verò *Apoſtoli Chriſtum* aſcendentem,
ilorum acie curioſius ſequuntur, à duobus *Angelis* de
us reditu docentur. Deſcribitur ultimum judicium, &
*iſti* redeuntis gloria: Interea *Apoſtoli Hieroſolymam* re-
unt, ubi in ſuperiore cœnaculo dum unanimes orationi
umbunt, *Spiritus Sanctus* ſpecie ignitarum linguarum
os deſcendit. Hic varia myſteria, & meditationes inter-
intur. *Chriſtiani* ad pacem mutuam rurſus exhortan-
, & ad bellum *Turcis* inferendum.

*IAm feſtinemus terris adverte-*
*re proram,* G. 4.
*Velaque contrahere extremo ſub*
*fine laborum.* G. 4.
*beri cœlo, fatiſque ad ſidera tolli* 12.
*variis ſignis dudum monſtravit* Jeſus. 2. 4.
*go quater denis exactis ſolibus, ex quo* 5. 3.
*fernas ſedes & pallida Regna reliquit,* 8.
*d genitorem omnis curæ caſusque levamen* 3.
*ſtituit liquidos penetrare per ætheris orbes.*
*ſi tranaret jam candida nubila tecum* 4.
*ns mea, quæ moli ſic fixa eſt corporis hujus,* 6.

*Hæret, &* …
*Moliturque fugam, & pennis dive*
*ras,*
*Lignea dum retinet moles, & vi*
*Sed ſi quis nodos & vincula linea*
*Queis innexa pedem pendet; perni*
*Fertur in arva volans, vaſto ſ*
*plauſu.*
*O ſi tu ſtricto ſcelerum retinacul*
*Fulminei verbi ferias, quo me qu*
*Tollere humo,* Chriſtum*que ſequ*
*cæli.*
*Exue me manicis, vincliſque ten*
*Carceris, & miſerum patientem*
*annos,*
*Dirige per patriam nimborum a*
*Duc intra thalami pendentia ia*
*Haud mora feſtinat* Chriſtus

*Nuſquam abero, & cœli tutos vos limine ſi-*
*ſtam.* 2.
*Poſtquam per varios fortuna adverſa labores* 1.
*Jactabit, patrio dabitur conſiſtere Regno.* 1.
*In cœlum terramque mihi eſt æterna poteſtas* 1. 10.
*Conceſſa à ſummo rectore* Deum*que homi-*
*numque :* 9. 1.
*Sic vobis placida populos in pace regendos,* 8.
*Juſtitiaque dedi gentes frænare ſuperbas.* 1.
*Tum* Petrum *alloquitur vero dilectus amore* 4. 1.
*An ſum* Petre *tibi ? reſponſum ita reddidit*
*heros :* *(mavit amore :* 6.
*Poſtquam incenſum animum* Deus *inflam-* 4.
O Domine *! haud dubiis poteris cognoſcere*
*ſignis,* G. 4.
*Te mihi luce magis charum, quem pectore toto* 4. 9.
*Accipio, agnoſcoque libens ; reſpondit* Jeſus 8.
*Pectore ſedato :* Bar-Jona *ſi tibi noſtri* 12. G. 4
*Nondum pulſus amor, paſce agnos, paſce bi-*
*dentes.* G. 4. A. 6
*Quum tibi prima genas veſtibat flore juventa,* 8.
*Colligere in nodum tunicam & vincire ſole-*
*bas ;* 11. 1.
*Et quocunque tibi libuit contendere greſſus.* 12. 5.
*At cùm frigebunt effœta in corpore vires,* 5.
*Temporibusque tuis canebit ſparſa ſenectus,* 5.
*Te non ſponte tua ferro & compagibus arctis* 11. 1.
*Includent, vinctumque trahent quo tendere*
*nolles.* *(tendit* 12. 2.
*Hæc memorans alacris palmas utrasque te-* 6.
*In ſocios, dedit amplexus, lætusque precatur.* 8. 6.

*Cælicola magni*, Chriſtus *mea maxim*
*Et mea progenies, vita immortalis hon*
*Jam meruit dudum, & cæli ſuper a*
*cari.* *(q*
*Namque volens mortem ſubiit mea j*
*Nec dedignatus Ditis Regna invia*
*Aſpicere, & triſtem denſa ſub nocte*
*bras*
*Ire viam; idcirco nati expectata pare*
*Vicit iter durum pietas; nam nigra r*
*Tartara, & invitũ validâ virtute T*
*Corripuit, ſpirisque ingentibus ipſe lig*
*Quis prohibet natum per tanta peri*
*ctum,*
*Atque triumphantem de cunctis hoſtil*
*In Divum accipere, & ſolio ſtellante*
*Et lauro redimire comam, manibusq;*

*Ite ergo, & noſtrum deducite pignus in au-*
*lam.* 11.
*Hac ubi dixiſſet, tremuit domus alta tonãtis,*
*Et placidum ventis ſtetit æquor, & aura re-*
*ſedit.* E.2.A.7
*Cælicolæ aſſenſere omnes, plauſumque dedere.* 2.1.
*Continuo audita voces, concentus & ingens,* 6.
*Sanctorumque animæ ſtantes in limine cæli* 6.
Chriſtum *exceptura, cytharis fidibusque ca-*
*noris* 8.6.
*Omnia mulcebant; intus domus aurea fulget*
*Lumine perpetuo, pendent laquearia gemmis,*
*Sub pede candet* Ebur, *ſtant ordine mille co-*
*lumna* 8.
*Ex puro* Argento, Chryſtalli *luce feneſtra*
*Fulgura per templum ſpargunt*; Adamante, Pyropo, (tho
Jaſpide, Berillo, Saphyro, & *rubro* Hyacin-
*Collucent muri, nec non viridante* Smaragdo,
Chryſolitho, *ac* Amethyſto; *hic* Sardonychè, *atque* Topazon, (*ardent.*
Chryſopraſeque *micant*, & *mille coloribus*
*Hic caſus* Satanæ & *ſociorum pingitur, hicq;*
*Conſilia arcana, & decreta occulta tonantis,* G.4.
*Naturaque via abſtruſa, & miracula rerum* G.4.
*Abdita calantur, quorum cognoſcere cauſas* G.2.
*Non licet hic nobis mortalibus, his quoque*
*ſculpta*
*Parietibus fulgent ſanctorũ nomina Regum,*
*Qui ſubmiſſuri ſunt olim ſceptra* Sioni;
*Nomina tunc nulli mortali cognita, nempe*

*mina ſixa*

*Atque Sacerdotum, tum quorũ n*
Chriſtus *per totum terra celebrab*
*His aſsignantur baccata ſedilia*
*Ordine per muros; pedibus ſubſt*
*Innumera pendent gemmata a*
*ques*
*Baccata, & duplices gemmis au*
*In medio ramos aurataque bracl*
*Aurea, viminibus, foliisque & j*
*Cujus bracteola crepitabant flan*
*Hanc circum Aligeri juvenes a*
*labant,*
*Auricomos* Chriſto *carpentes arb*
*Nam quoties anima Sanctorũ è*
*In cœlum remeant, procerum pen*
*Decerpens palma ramos venient*

[redacted]



*Accipiunt niveam, geminamque in fronte coronam*
*Fornice demiſſam, colloque monilia geſtant;* 1.
*Et* Chriſti *alterno reſonant miracula cantu.* 7.
*At templum innumeris gradibus ſurgebat ad* Eurum, 1.
*Cujus lux nobis non enarrabilis, orbem* 8.
*Phœbeum longe ſuperat fulgore coruſco.* G. 4.
*Hic Pater omnipotens ſedet, æternumque ſedebit* 6.
*Siderio in ſolio ſeptem virtutibus; illi* 10.
J*uſtitia adſtabat facie velatâ, manuque*
*Suſtentans geminas æquato examine lances.* 12.
J*uxta ſubridens vultu pax alma ſereno* 1.
*Conſiſtit, niveis vittis redimita capillos;* 6.
*Arma premens pedibus, ramoſque extendit olivæ.* 8.
*Cui dextram pleno prætendit copia cornu.* 8.
*Libertas, & caſtus amor, pietaſque fideſque,*
*Nuda ſinus, robur, conſtantia, grata juventus;* 1.
*Lætitia, & manſuetudo, tum ſancta voluptas,*
*Cæſariem effuſa nitidam per candida colla;*
*Lætus honor, forma decor, & victoria læta;*
*Alma ſalus, ſecura quies, prudentia geſtans* G. 2.
*Tot vigiles oculos ſubter quot corpore plumas,* 4.
*Cognitio, ingenium, ratio, ſapientia, muſa,*
*Et Charites famulæque aliæ, noctesque dieſque*
*Circumſtant ſolio, divinaque juſſa capeſſunt.* 6.



H

Deſcendunt, niſi cùm deſcend...
Patris, ut in Chriſto cùm ſedit imago coli
Iamque meant remeantque gradus hinc
per altos
Alati juvenes Jovæ præcepta ſequentes ;
Tot veluti nivei tranantes flumina cygn
Vtque columbarum volitans argentea t
Circum pendentes ſublimi in pumice ni
Frõte ſub adverſa niveo de marmore fo
Propter odoratum lauri nemus ; unda,
Purior argento decurrit murmure leni
Et lucum liquidis circum complectitur
Hæ lachrymæ ſunt Sanctorum, ſi cred
gnum,
Occultis ſine Sole viis ſuper æthera tra
Illic è puro ſalientes fonte, pererrant
Vmbriferum nemus, & fœcundant

*Sed non ante datur lucũ hunc & tecta ſubire.* 6.
*Aurea, quam ſacra baptiſmi & ſanguinis unda*
*Abluta fuerint* Sanctorum *in corpore mentes*: 9.
*Tunc has ad lucum* Deus *evocat agmine magno.* 6.
*Hicque inter violas, interque roſaria, lauri*
*Fronde premũt crines aulæ ſtellantis alumni.* 4.
*Sic tandem optatam cœli admittuntur in arcem.* (*ingens*
*Verùm inter lucum templumque extenditur*
*Planicies, ſine Sole ferax, ſine nube vireſcens;*
*In medio cujus vitæ eſt venerabile lignum,* 12.
*Ingentes tendens ramos æternaque poma.* G. 3.
*Cujus ſub patulæ recubantes tegmine, fructus*
*Cœleſtes carpunt animæ, veſteſque miniſtri*
Aligeri *ex foliis byſſo canentibus aptant.*
*Sic demum lauro fulgentia tempora cincti,* 12.
*Et tunicis tecti talaribus, aurea templa*
*Aſcendunt magna* Aligerum *praeunte caterva.*
*At* Chriſtus *ſociis dũ verba noviſſima dicit,* 4.
*Mortales viſus medio ſermone reliquit;* 4.
*Et circumfuſus nebulæ fulgentis amictu* 1.
*Tollitur in cœlum. Angelicus concentus in arvis* 5. G. 1.
*Auditur, ſonitũ late nemora alta remittunt.* 12.
*Aërei rutilo montes fulgore coruſcant,* 8. G. 4.
*Et tremulã jactant lucem ſub nubila; cœlum* 7.
*Diſcedit medium, ſuperum* penetrale pateſcit. 9. 8.
*Aurea ſtellantis præfulget* Regia cœli. 7 1

Ad lucum occurrunt omnes
Quos ſecum elyſiis eduxit ſedibus; illo
Præmiſit, juſſitque manerent dum ip
niſtros
In terrâ docet, & mãdata noviſſima li
Sic tandem emenſus lucum campumq
tentem (ve
Vertice fert laurum, niveamque in
Excipiunt plauſu Aligeri, templumq
altum
Ad Patris toto deducunt agmine dext
Ipſe ſedet triplicem geſtans in front
nam;
Læva fert palmæ ramum, dextraque
Sceptra tenet; maria ac terras cælum
fundum,
Et tempeſtates vultu radiante ſeren

*Vt toties ſanctam ſervarit ab hoſte* Sionem ; 4.
*Vtque idem*, Babylon *verbo disjecerit urbem*, 8.
*Fecerit ut cælum ac terram, camposque liquentes*, 6,
*Lucentemque globum Lunæ* 129 *Titaniaque aſtra.* 6.
*Tu feciſti almum mundo luceſcere Solem :* Ec. 6.
*Altius utque cadant ſummotis nubibus imbres ;* Ec. 6.
*Juſſiſti ut nullo ſurgant de ſemine ſylvæ ;* Ec. 6.
*Vtque ſecent volucres auras & Nerea piſces,*
*Atque per ignotos errent animalia montes.* Ec. 6.
*Tu regis æterno imperio Divosque hominesq;* 1.
*Tu cœlum ac terras, atque æquora numine torques.* 4.
*Tu dignus quem tota cohors hominumque Deumque* 11.
*Laudibus æternis memorent, & carmine dicant.*
*Talia carminibus celebrabant facta Tonantis*, 8.
*Dumque canunt pulſi reſonant laquearia Templi.*
Dædalus *haud hic eſt fugiens* Minoia *Regna*, 6.

129 Hic per *Aſtra Titania* non intelligo *Solem*, de quo in ſequenti verſu, ſed minores Stellas: & ſic (puto) intelligendus eſt *Virgilium Aen. lib.* 6. cùm ait, Spiritum alere Titania aſtra, id eſt, Solem fovere luce ſuâ Stellas. Eſt enim *Sol* anima & mens mundi, ut *Macrobius* oſtendit ex Poëtis & Philoſophis. *Soli* nomina omnium Deorum conveniunt. *Sol* etiam Spiritus à *Salomone* vocatur, *Eccleſ.* 17. Falluntur ergo Virgilii Interpretes (*ipſe non fallor*) qui per Aſtra Titania Solem intelligunt.

*Aurea, qua ſublimem alis, ſive a*
*Seu terram rapido pariter cum*
*tant.*

*Hac olim vani cecinerunt carmi*
*Sed virtute ſuâ, non pennis dim*
*Et ſeſe* Chriſtus *per inania nubil*
*Radit iter liquidum, & ſupra*
*æthram.*

*Deficit hei mihi mens immani po*
*Corporea, ut nequeam cælo ſucce*
Chriſte Deus, *celerique fuga ſub*
*Hei mihi, quî* Dominum *ſublim*
*volantem*

*Conſequar? & ſummi ſuperabo*
*Terreni quem artus hebetant m*
*membra?*

*Hanc animam tibi commendo; tunc fundi-*
*tus omnes* 2. 6.
*Exime corporeas peſtes, puramque reconde* 6. 1.
*Fælices inter cæli ſtellantis alumnos.* 7. 11.
*Da quamvis jam ſit peccati vulnere tarda,* 11. 2.
*Aëra per vacuū ferri, atq; aſſurgere in auras,* G. 3.
*Sedibus optatis tecum ut ſuper æthere ſidat.* 6.
*At ſocii palmas nequidquam ad ſidera*
*tollunt;* 5.
*Ad cælum tendunt ardentia lumina fruſtra;* 2.
*Namque duo* Aligeri *cælo venere volantes* 4. 6.
*Ipſa ſub ora virum, funduntque has ore lo-*
*quelas;* 6. 3.
*Quid ſtatis triſtes, oculosq; ſub aſtra tenetis?* 12. 5.
*Hunc quem vidiſtis cæli ſuper aſtra volan-*
*tem* 9. 1. 6.
*Aurea, cernetis reducem, niveisque ſedentem* 1. 7.
*Nubibus, & rutilo fulgentem lucis amictu;* 8. 1.
*His dictis, cælum repetunt ſtridentibus alis.* 6. 1.
*Suſpiciunt ſocii exanimes, oculisq; ſequuntur* 8. 4. 8.
*Quantum acie* Aligeros *poſſunt ſervare ſe-*
*quendo* 6.
*Linquentes terras, & ſiderâ voce petentes.* 10.
*Aſpice ut inſignis ſpoliis nunc* Chriſtus *opimis* 1. 6.
*Ingreditur, victorq; Deos ſupereminet omnes.* 6.
*Nunc totum penitus mundum ſua ſub juga*
*mittit,* (*infra.* 8.
*Et mare quod ſupra domitat, quodque alluit* 8. 7.
*Noſter* Aron *gemmis lucens, & veſte decora* 1. 5.
*Conſedit tandem cæli in* penetralibus altis, 10. 7
*Patri ubi pro nobis votū* immortale ſacravit, 8

*Lambit flamma comas, & circum ſerpit.*
*Dumque rotis ſummos levibus per*
*Decidit ex humeris veſtis quam t*
*Sic* Chriſtus *poſtquã ſociis commi*
*Naſcentis regni, tum ſacris rite pe*
*Ecce notos atque alta volans in nu*
*Pandite cælicolæ portas bipatentis*
*Vt meus hic* Dominus *jam luce auro*
*Intret, & in ſolio Patris conſidat*
*Vtque triumphato cœli ad capitoli*
*Victor agat roſeum ſuper ardua rum;*
*Hoſtibus occiſis, ſpoliisque inſign*
*Vtque ſedens niveo radiantis cu*
*Vota recognoſcat populorum, a*

Aſpectet terrã, & victas longo ordine gentes 10. 8.
Quam varias linguis, habitu tam veſtis &
armis. 8.
At licet ætheria pater hunc accepit in aula, 1. 3.
Et procul ex viſu mortali ſuſtulit, inde 4. 6.
Inde tamen reditum ſperamus, gentibus orbis (ſum. 11. 4.
Omnibus horribilem quæ non venerantur Ie- 4. 3.
Illum præcedet flammis crepitantibus ignis 8. G. 1.
Involvens trepidam picea caligine terram. G. 2.
Ad cælum undabit vortex, Vulcanus habenis 12. 5.
Sæviet immiſſis, & triſtia lumina fundet: 5. G. 2.
Non ſecus ac liquida ſi quando nocte cometæ 10.
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor; 10.
Ille ſitim morboſque ferens mortalibus ægris 10.
Naſcitur, & lævo contriſtat lumine cælum. 10.
Præterea ſtellas illo adventante videbunt G. 1.
Præcipites cælo labi, noctiſque per umbras G. 1.
Flammarum longos à tergo albeſcere tractus. G. 1.
Sol decus aſtrorum tinget ferrugine vultum; 9. G. 1.
Lunaque Virgineum diffundet in ora ruborem. G. 1.
Cælum diſcedens ut cera liqueſcet ab igne; E. 2. E. 8
Et tremefacta ſolo tellus dabit ampla ruinas. 10. 2.
Tum gemitum ingentem Pelagi, pulſataque ſaxa 3.
Accipient homines, fractaſque ad littore voces; 3.
Terribileſque tubas mugire per æthera, nec non 9. 8.

*Tunc homines diverſa metu per*
*Diffugient, ſylvasq; & ſicubi concava*
*Saxa petent, fraudisque ſua, lucisque*
*Tandem procedet* Chriſtus, *quem*
*quentur*
*Hinc atque hinc animæ per candid*
*Tum procerum pennata cohors clango*
*rum*
*Horriſono, totum implebit terroribus*
*Sed* Chriſti *adventus ſubitus mo*
*atque*
*Improviſus erit : ſic olim tempore* I
*Mutua dum læti inter ſe convivia c*
*Et dum connubia, & pactos celebra*
*naos*
*Proluit inſano contorquens vertice*
*Fluviorum fons Oceanus, camposq;*
*armenta tulit, inve*

veluti quando tonitru cælum omne re-
mugit 4.
iſono, ingeminăt abruptis nubibus ignes, 3.
ur ad occaſum ſubito transcurrit ab ortu. 9.5.
am terribilis miſeris mortalibus illa 12.3.
fuerit, totumq́ qua luctu funditus orbem 12.
utiet ! quantus feriet tunc æthera plan-
gor, (net ? 5.6.
Deus aqua ſolo fumantia culmina po- 12.
viderint mundi luxū conſidere in ignē ? 1.2.
erit Chriſti è cælo venientis imago, 10.
bus fas ſit parvis componere magna : 6. Ec. 1.
lis ubi ad terras abrupto ſidere nimbus 12.
are per medium (miſeris heu præſcia
longe 12.
eſcunt corda agricolis : dabit ille ruinas 12.
ribus, ſtragemque ſatis, ruet omnia late ; 12.
volant ſonitumque ferent ad littora
venti) 12.
ſimulac Chriſtus cælo deſcendet ab alto, 4.5.
apparebit fulgens in nubibus arcus, 3.9.
trahens varios adverſo Sole colores. 4.
velut in ſolio Judex conſidet Jeſus 7. 10.
tus, aſpectans maria undique & undi-
que terras ; 10.3.
dum flammatos oculos per ſingula volvit 1.8.
orem immenſum tollet, quo pontus &
omnis 3.
tremet, penitusque imis exterrita tellus 3.
ius, umbrarum reſerabit pallida regna. 6.12.
demū horriſono ſtridētes cardine mortis 6.
Par

Aut qui divitiis ſoli ...
Nec partem poſuere ſuis (quæ maxi
ba eſt.)
Quique ob adulterium cæſi, quique a
Impia, nec veriti dominorum fallere
Judicis ad lævam ſtabunt, quos
omnes
Sorbebit perrupto ingens Acheronte
Æternaſque luent miſeri per ſæcula p
Sævus anhelabit rapidis fornacibus
Totaque terrificis retonabit terra ru
Faucibus ingentem fumum (mirabi
Evomet, involvetque diem caligine
Proſpectum eripiens oculis, glomera
tro
Fumiferam noctem commiſtis igne
Turbine ſuccinctus piceæ, & nigra
... miſeros ſontes qu

*niet pedibus* Judam *furor improbus un-*
*cis :* *(conem* 12.1.
*e volans alte raptum quum fulva dra-* 11.
*Aquila, implicuitque pedes, atque un-*
*guibus hæſit ;* 11.
*ius at ſerpens ſinuoſa volumina verſat,* 11.
*ctisque horret ſquamis, & ſibilat ore* 11.
*ius inſurgens ; illa haud minus urget*
*adunco* 11.
*antem roſtro, ſimul æthera verberat alis:* 11.
*d aliter prædam Satanas portabit in or-*
*cum* 11.2.
*e exercebit pœnis, veterumque malorum* 6.
*licium expoſcet juſtum * rex nocte crea-*
*tus.* 6.11.
*exaudiri fremitus, & ſæva ſonare* 6.
*ra, tum fletus, quæſtus, iraque ani-*
*marum* 6.7.
*a recuſantum, & longâ ſub nocte ge-*
*mentum.* 7.
*ita obſtarent quam vellent æthere in alto* 6.
*em pauperiem, & duros perferre labo-*
*res ?* 6.
*egeneres animi qui fas abrumpitis omne,* 4.3.
*genus humanum, & mortalia temnitis*
*arma,* *(Numen,* 1.
*ite juſtitiam moniti, & non temnere* 6.
*erate* Deum *memorem fandi atque ne-*
*fandi.* 1.

o ſenſu dici poteſt Satan nocte creatus, qua impii in Scri-
*filii tenebrarum* vocantur.

D

*Errorum* , [illegible]
*memento.*
*Extremam hanc oro veniam ; miſe*
*Da pacē exanimo, & peccati morte p*
*Eripe me letho, & cælum ſperare jub*
*Sic te* Chriſte *canam miſerantem in*
*noſtra,*
*Carminibusque meis laudabo ingen*
*Carminibus queis me non vincet*
Orpheus
*Nullaque Muſa tuos æque celebrabi*
*At ſocii mæſto defixi lumina vultu*
*Deſcendunt de monte ſimul, varia*
*tant*
*Eventus animo ſecum*, Solymamq;
*Inſtituunt, donec cælo delapſus ab*
*Spiritus in totum terrarum mitter*
[illegible] *lymam condant manſuram*

'remefacta domus concuſſo culmine nu-
tat. 2.
vere Deum proceres, divinaque flabra 9.
imes, miſſumque polo ſenſere ſonorem. 7. 9. 7.
rea ignita ſociorum in vertice lingua 2. 6.
rent, & luce novâ domus alta refulget; 9. 1.
ſcunt ignem, & divi promiſſa magiſtri, 8.
nempe augurium ſancti ſpiraminis eſ-
ſet; 2. 9.
leni variis rupere ſilentia linguis; 10. 8.
e novam Solymam longe lateque per
orbem 6.
riſi ædificant, cœloque educere certant. 2. 6.
nortale ſonant, afflantur numine quãdo 6.
propiore Dei, ſed ſancta oracula vatum, 6. 8.
riſti laudes, & facta ingentia vulgant; 6. 10.
rrentis aqua, vel turbinis inſtar, in or-
bem 10.
punt rapido curſu, ſtygia agmina verbo 12. 12.
unt; ingentem Babylon dedit ampla
ruinam. 2. 2.
ntare nequit Pluto, nec tendere contra 11. 5.
tantam, atque animi cœleſtis flamina
tanta: 1. 10.
pe ferunt rapidi ſecũ regna omnia mũdi 1.
pitesque trahunt gentes, ſternuntque re-
belles, 2. 6.
tana imperium vertunt à ſedibus imis: 1. 1.
d ſecus ac magno diſcordes æthere venti 10.
avidam late ſegetem ab radicibus imis G. 1.
me expulſam eruerent; aut turbine nigro G. 1.
F

*Qualis hyperboreis Aquilo quū d*
*Incubuit*, Scythiæq; *hyemes atq*; 
*Nubila, tum ſegites altæ, campiq*
*Lenibus horreſcunt flabris: ſum*
*Dant ſylvæ, longiq; urgent ad lit*
*Ille volat, ſimul arva fuga, ſimul*
*rens ;*
*Sic neque eos jam vincla tenent*,
*Non ſcopuli rupesque cavæ , atqu*
*tardant*
*Flumina, correptos unda torquen*
*Vexit amor* Chriſti *trans* Dindi
Garumnam
Alpinasque *nives*, & *inertis frig*
*Nec tamen his teneras glacies*
*plantas*,
*Horum pars longe ſitientes ivit a*

*Biſſena porta* Solymæ *reſerantur, & urbis* 5. 12.
*Apparet decor omnis, & atria longa pateſcũt.* 2.
*Et primum occubuit mundo Sol aureus, ecce* G. 1.
*Mox miſeris duodena micãt mortalibus aſtra.* G. 1.
*Iamque ſatis largus cælo demittitur imber,* G. 1.
*Pullulat ab radice ima denſiſſima ſilva.* G. 2.
*Ecce ſatis tellus jam dente recluditur unco.* G. 2.
*Bis ſex agricolæ fractis invertere glebis* G. 3.
*Horrentem campum incipiunt, & taurus*
*aratro (mer.* G. 1.
*Ingemere, & Sulcis verbi ſplendeſcere vo-* G. 1.
Chriſte Deus *ſoli cui parent arva colono,* 1.
*Ne ſegnem patiare ſitu dureſcere campum* G. 1.
*Dilecta* Solymæ, *& validis proſcinde ju-*
*vencis,* G. 1.
*Et profer latas ſegetes è ſemine verbi.* G. 1.
*Tu fructus mollito feros, cultuque frequenti,* G. 1. G. 2.
*Sylveſtris raros fundens labruſca racemos* Ec. 5.
*Exuat agreſtemque animum, totumque per*
*orbem* G. 2.
*Extendat ramos, & ſeſe latus ad auras* G. 2.
*Palmes agat laxis per purum immiſſus ha-*
*benis. (rum* G. 2.
*Nubibus abruptis deſcendit ut agmen aqua-* G. 1.
*Spiritus, & triſtes perfundit nectare mentes.* G. 4.
*Iam dulcis muſti proceres humore repleti* G. 1.
*Per mundum variis cecinere oracula linguis.* 5. 8.
*O quanta exhilarat mentes dulcedine tale*
*Vinum, quod largis diſtillat ab æthere guttis!* G. 3.
*Talia non cellis conduntur vina* Falernis G. 2.
*Tentatura pedes hominũ, vincturaq; linguã.* G. 2.

Orpheus *in ſylvis, inter Delphina*
*Et* Chriſti *ſocii nunc inter ſaxa fe*
*Sacra canunt , quorum ſtupefa*
*lynces,*
*Et mutata ſuos requierunt flumi*
*Incipiunt rigida motare cacumin*
*Et ſummis valida deſcendere mo*
*Hoc cantu commota erebi de ſedi*
*Obſtupuere, gregem* Pluto *mirat*
*Mulcentem Tygres, & agentem*
*Templum auguſtum , ingens bi*
*columnis*
*E vivo extruitur ſaxo ; ſpiranti*
*Adſtant veſtibulo , media ſta*
*ade ;*
*Aurati bis ſex radii cui tempora*
*Et cui dona ferunt humiles ſole*

*Ipſe agitat, manibusque undantes flectit habenas* *(mundi* G.3.A.12
*Dumque axis volitat vi fervidus, omnia* G.3.
*Regna citatorum pedibus proculcat equorum.* 12.
*Jã gravidas portãt humeris ingentibus uvas* 11.
*Exploratores bis ſex, duodenaque ſaxa*
Jordani *è ſicco tolluntur fluminis alveo;* 6.
*Jam ſubeunt humeris ſublatã fœderis arcam* 4.
*Rite* Sacerdotes, *portantq; per avia mundi;*
*Biſſena gemma fulgent in pectore ſummi*
*Pontificis, radiisq; ardentibus omnia luſtrãt.* 7.
*Jamque improviſo vibrantur ab æthere crebra* 8.
*Fulgura* 134 *cum tonitru, gemit ingens regia cæli.* 8.
*Ardua terrarum trepidant, dum tela coruſca* 5. G.1.
*Verbi disjiciunt montes, atq; æquora vertunt.* 1.
*Ne* Chriſte *navis tantis ſurgentibus undis* 6.
*Deficeret, ſpoliata armis, excuſſa magiſtro,* 6.
*En bis ſex nauta jam munus obire magiſtri* 5.
*Incipiunt, fluctusque atros aquilone ſecare.* 5.
*Tot lecti proceres bis ſenis navibus ibant* 10.
*Subſidio* Solymæ, *& campos ſalis ære ſecabãt.* 10.
*Hic alas pandit velorum, hic aurea cæli* 3.
*Aſtra remetitur, clavum tenet alter, & alter* 5. 5.
*Ferratasque ſudes, & acutâ cuſpide contos* 5.
*Expedit, ille foros aptat, laxatque rudentes:* 6. 3.
*Obliquantque ſinus in ventum, atque aëra captant:*

134 Τὰς ἀστραπὰς λέγει τοὺς ἀποστόλους φάναντας τῇ οἰκουμένῃ τὸ φῶς τῆς βροντῆς. Vide Athanaſ. de Trinitat. Dial. 3.

V

Convulſum remis, ...
Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripuere, ruuntque effuſi carcere currus;
Nec ſic immiſsis auriga undantia lora
Concuſſere jugis, pronique in verbera pendent
Fit magnus populi interea cõcurſus ad undæ
Matres atque viri, pueri innuptæque puellæ
Stabant orantes, primi tranſmittere curſum
Tendebantque manus ripæ ulterioris amore
Vt tandem admiſſi regna expoſita reviſ
Chriſte maris domitor, quaſſatam hanc re (gito ve
ce navem
Quam nunc fluctus habet, verſantque in g
Nonne vides nullo fluitantē errare magi
Nonne gubernaclum cernis vi ſæpe revulſ
Cui datus hærebas cuſtos, curſumq; rege
Proh ſcelus! ecce etiam facibus ſuccinct

*Ardentes belli? ſed adhuc ſub robore vivit* 5.
*Stuppa, vomens tardum fumum, niger uſque carinam* 5.
*Eſt vapor, & toto deſcendit corpore peſtis.* 5.
*Omnipotens Genitor, ſi nondũ exoſus ad unũ* 5.
Chriſtiadas, *ſi quid pietas antiqua labores* 5.
*Reſpicit humanos, da flammã evadere claſſi,* 5.
*Nunc &* Chriſtigenum *tenues res eripe letho.* 5.
*Robora jam noſtris lachrymis ſemuſta madeſcant,* 5.
*Reſtinctus donec belli vapor omnis, & omnes* 5.
*Hoſtibus ambuſtis ſervata à peſte carina.* 5.
*Solve metus, atque hoc precibus ſine poſſe miniſtrum,* 10.
*Ne curſu quaſſata ullo, neu turbine venti* 10.
*Vincantur, clavum teneas, & ſidera ſerves* 10. 5.
*Rurſus, & ipſe ratis rapidis ſis rector in undis,* 5.
*Si quando ſcopulos Syrenum advecta ſubibit* 5.
*Difficiles toties, multorumque oſſibus albos,* 5.
*Currat iter tutum non ſecius æquore claſſis,* 5.
*Promiſſisque tuis Pater alme interrita tendat* 5.
*Omnes per caſus, fluctuque æſtuque ſecundo,* 5.
*Et tandem optatas patria referatur ad oras,* 9.
*Tutaque quos opto portus accedat Olympi.* 9.
Chriſtiadæ Dominum *tota jam mente petamus,* 4.
*Qui ſocios mundi extremas miſſurus in oras* O.2.A.8
*Numinis afflavit ventis, & contigit igne;* 2.
*Occultam ut nobis flammam* cæleſtis amoris
*Inſpiret, gelida concretas frigore* mentes

*Gens tua* Chriſtiadum *cognato ſ*
*Polluit, & nunquã ceſſat conſur*
*Quam nec longa dies, pietas nec*
*Nec* Chriſti *imperio fatisve inſt*
*Heu quantas inter ſe acies ſtra*
*Indomiti; toto certatum eſt corp*
*Barbarus interea muris nunc i*
*Languentis* Solymæ, *quin cœlu*
*mis;*

*Da* Solymæ *tandem, da peſten*
*Sancte Parens, interque tuos ce*
*Et jam tantorum quæſo miſere*
*Poſtque maris, vaſtaque exh*
*terra,*
*Aſpera jam poſitis miteſcant p*
Chriſtiadum, *& pacem hanc*
*firmes,*

*Contulimusque manus; quoties dare terga co-*
*ëgit,* 11. G.4.
*Et quot mille die victor ſub tartara miſit* 11.
*Huniades? an non audiſtis mœnia multa* 9.
*Turcarũ fabricatâ manu conſidere in ignes?* 9.
*Quid repetam everſas Naupacti in gurgite*
*claſſes* *(roſtris,* 10.
*Barbaricas? noſtrisque canam freta concita* 2. 8.
*Arvaq; Neptuni Turcarum ſanguine rubra?* 8.
*Et quid ſulcantes referam maria alta carinas* 10.
Chriſtiadum, *qui nunc qua Sol deſcendit in*
*undas,* G. 1.
*Et qua Sol oritur, late loca marmore verſo* G. 1. A. 10
*Pervolitant, Pelago credas innare revulſas* 8. 8.
*Cycladas, aut montes concurrere montibus*
*altos.* 8.
*Non igitur deſunt nobis viresque animique.* 11. 12.
*Sunt & opes nobis, & adhuc intacta juvẽtus;* 11.
*Tandẽ ergo patria detrudite finibus hoſtem;* 7.
*Arma parate animis, & ſpe præſumite bellũ.* 11.
*Exoriare aliquis noſtratum ex oſsibus ultor,* 4.
*Qui face barbaricos, ferroq; ſequare tyrannos* 4.
*Nunc, olim, quocunq; dabũt ſe tempore vires:* 4.
*Littora litoribus contraria, fluctibus undas* 4.
*Imprecor arma armis pugnent, ipſiq; nepotes.* 4.
*Propterea ſtirpem inviſam & genus omne*
*futurum* 7. 4.
*Exercete odiis, cinerique hac mittite noſtro* 4.
*Munera, nullus amor populis nec fœdera ſunto.* 4.
*O Tu qui ſocios impleſti flamine ſacro!* 1. 4.
*Me quoq; cæleſtis* Zephyri ſpirantibus auris G.

*Fac ſuperem Scyllæ rabiem, & Cycl*
*Te duce, fac* Syrtes *fugiam vaſtam*
rybdim ;
*Daque viam vento facilem, & ſpir*
*Crebreſcant optata auræ, dum per*
*gnum (m*
*Heu patriam ſequimur fugientem,*
*Ne ſubito aſſurgens fluctu nimboſus*
*In vada cæca ferat, penitusque proc*
*ſtris*
*Illidat ſcopulo, aut immenſa per aq*
*Quod ſupereſt, oro liceat dare tuta*
*Vela tibi, liceat cæleſtem attingere*

EPILOGU

HOs *ego* Virgilii *modulabar*
*verſus,*

*ia frænat, ferro & compagibus arctis* I. I.
*ſit belli portas ſuper arma triumphans,* I.
*per Oceanum; cujus freta lata relucent* 2.
*ire ſulphureo, & tonitru trepida unda*
*remugit;* 4.
*s ſæpe fragor ſtagnis auditur avernis.* G. 4.
leptunus *domitor maris, omnia jura;* 5.
elagi *imperium ceſſit, ſævumq; tridentē.* I.
*lius haud terret* Triton *freta cærula con-*
*cha (ſervant,* 10.
*ntur* Nymphæ *quæ pontum, & flumina* 8. G.4.
*ntur* Thetis & Melite, *fulgentia longè* 5. 8.
*a virū Pelago, tantasq; innare carinas;* 8.
*ue metu fugiunt, immani corpore priſtes,* 4. 3.
*s noſtra Oceani claſſis perlabitur undas,* 5.
*iſſuque patris* Neptuni *interrita fertur.* 5.
Roſæum *me tempore dulcis alebat* G. 4.
lia *florentem ſtudiis ignobilis oti.* G. 4.
*ides vos hunc* Chriſto *dicetis honorem,* E.10.I.10
ſto *cujus amor tantum mihi creſcit in*
*horas, (nus:* Ec. 10.
*ntum vere novo viridis ſe ſubjicit al-* Ec. 10.
ſte *decus cæli, terrarum gloria* Chriſte, I.9.I.6.
*oſi pecoris cuſtos formoſior ipſe,* Ec. 5.
*e pœniteat pecoris Divine Magiſter;* Ec. 7.
*onus, ô fælixque tuis, ne ſubtrahe ſemper* E.5.I.6
*oſtro aſpectu rurſus detur ora tueri* 6.
iſte *tua, &c.* 6.

FINIS.